

IO. LODOVICI VIVIS VALENTINI

De institutione fœminæ Christianæ, ad Serenis. D. Catherinã Hispanã, Angliæ Reginam, libri tres, mira eruditione, elegantia, breuitate, facilitate, plane aurei, pietateq; & sanctimonia, vere Christiani, Christianæ in primis Virgini, deinde Maritæ, postremo Viduæ, nouo instituendi argumento longe vtilissimi.

Quid autem singuli libri toto opere contineant, sequenti pagella, videre est.

Hæc continentur libro primo, qui est de instituenda Virgine.

Hæc libro secundo, qui est de Coniugatis.

Hæc libro tertio, qui est de Viduis.

IOANNIS LODOVICI VIVIS VALENTINI, IN LIBROS de institutione fœminæ Christianæ ad Sereniss. Dñam Catherinam Hispanam, Angliæ Reginam &c̃.

Præfatio

MOuit me tum sanctitas morũ tuorum, tũ animi tui cãdor in sacra studia vt de Christianę fœminæ institutione aliqd ad te scriberẽ Argumẽto nulli hactenus tractato, in tanta ingeniorũ scribentiumq; varietate ac copia. Nam de re familiari Xenophon & Aristoteles, & de rep. Plato præcepta quũ traderẽt, nõnulla dixerunt, quæ ad mulieris officium pertinerẽt. Cyprianus, Hieronymus, Ambrosius, Augustinus de virginibus ac viduis sic disseruere, vt aliqd' vitę genus suadeãt potius, q̃ forment. Toti sunt in castitatis laudibus celebrãdis, magnifico vero opere & illis ingenijs illaq; sanctitate digno, sed præcepta formulasq; vitę paucissimas perhibuerũt, satius esse rati adhortari ad optima, & manũ porrigere ad altissima, q̃ erudire inferiora. Nos autẽ exhortatiões illis relinquẽtes, vt ætatis degendæ rationẽ ex authoritate potius illorũ, q̃ ex opinione nostra sibi quisq; deligeret, ipsa vitę instituta documẽtis cõ-

ponimus. Itaq; orsi a prima fœminę ętate, ipsam vsq; ad cōnubia primo libro deduximus, hinc a coiugio ad viduitatē, quēadmodū transmittendū illi cū marito tēpus bene ac beate censeamus, scd'o. postremo viduitas instituta est. Et quoniā fieri aliter nequijt, multa primo dicta sunt volumine, q̄ ad vxores & viduas pertinēt, multa proximo q̄ ad cœlibes, nōnulla tertio quæ ad oēs, ne qua vel virgo solū sibi legendū primū librū putet, vel nupta alterꝝ, vl' vidua tertiū, vniuersos singulis legēdos cēseo. In qbus breuiores forsitā fuimus, q̄ nōnulli voluissent, sed si quis intentius consilij nři rationē cōsiderarit, nō sine causa factū a nobis intelliget. Nā in præcipiēdo nō in postremis esse debet ratio breuitatis, ne verbositate legentiū aīos obruas potius, q̄ edoceas, & ea esse præcepta decet, quæ etiā memoriter quisq; facillime cōprehensa teneat. Neq; enī ignorari oportet leges, qbus vidēdū est, qd' Christus & eū Apłi secuti Petrus, Paulus, Iacobus, Ioannes, Iudas docuerūt, q pietatis pręcepta vt diuina, sic etiā pauca breuiaq; mūdo tradiderūt. Et enī quis illas seruare leges poterit, quas ne tenēt quidē, q in eis incanuerūt? ea de causa nec exēpla, quę attuli plurima, extendi, nec in coēs virtutum aut viciorꝝ locos egressus sum, amplissimū spaciādi campū, et q se toto subinde opere ostēdebat, ac velut inuitabat, vt modū liber inueniret, nec solū legi sine lascitudine, sed relegi quoq; possit. Ad hoc vt virorꝝ institutiōes numerosæ sint, fœminarꝝ certe mores paucissimis cōponi pręceptis possunt. Q̄m viri & domi, & foris, & in re priuata, & in

& in rep. versant, ideo q̃ ratio sit tãtæ diuersitatis offi ciorũ nõ nisi lõgis voluminibus declarari potest, fœminę vnica est cura pudicitię, idcirco quũ hęc exposita est abũde illa dimitti videt instructa, quo execrabilius est illorũ scelus, q vnicũ hoc fœminarũ bonũ corruptũ eũt, tanq̃ si vnoculo illud qd' superest lumẽ, extinctũ ꝓperes. Sũt qui fœda & spurca cõscribũt carmina, q quã dictu saltẽ honestã obtẽdere cõsilio suo excusationẽ possint, equidẽ nõ video, nisi q corruptus animus, & veneno tumẽs inspirare nisi venenũ nequit quo interemat vicina, dicũt se amatores esse, credo, nam sunt etiã cæci, & demẽtes, quasi tu potiri tua nõ possis, nisi simul cũ illa reliquas oẽs corrũpas. Mihi nullus vnq̃ hoĩm iustius videt exulasse Ouidio Nasone, si mõ ꝓpter artẽ amandi relegatus est, cęteri enĩ cecinerũt lasciua & flagitiosa, hic egregius artifex in formulas (si dijs placet,) & precepta nequitiã redegit, magister impudicitiæ, & publicus corruptor morũ ciuitatis. Nõ dubito quin aliq̃bus videbor seueriora pręcepta dare & asperiora. Sed ea natura est rerũ, bonis apertissima videt virtutis via, & amœnissima, cõtra vitiorũ angusta & salebrosa, malis nec iucũda est via, qua insistũt, nec satis lata satisq; cõmoda ꝓbitatis quod cũ ita sit, accedendũ potius est bonis, & credẽdum falli citius malos iudicio suo. q̃ cõsensum bonorum. Pythagoras & eũ reliqui in descriptiõe. Y. æmulati superatis primæ virtutis difficultatibus, cętera latissime & facillime patere aiũt. Plato eligendã vitę rationẽ suadet optimã, quã cõsuetudo suauissimã red-

 det.

det. Dn̄s in Euangelio viam regni dei arctam appellauit, non q̄ reuera talis esset, sed quia pauci illam ingrediuntur, nisi quis falsum illius esse dictum putet, iugum meum suaue est, & onus meum leue, ac promissum illud neminem esse, qui aliquid propter ipsum relinquat, qui non maiora multo recipiat etiam in hac vita, quorsum hoc spectat, nisi ad delicias virtutis? Itaque non ignoro quibus hæc mea præcepta aspera nimis & rigida videbuntur, viris, iuuenibus imperitis, lasciuis, perditis, qui ne aspectum quidem probæ ferre possunt, qui velut salaces equi ad equas omnes adhinniunt, & puellis stultis, vanis, quæ spectari, quæ adamari gaudent, & approbari sua vicia cuperent multitudine peccantium, ceu conspiratio turbæ immutare rerum naturam posset. Nouum malis non est odisse bene monentes, sed in hoc ipso materiæ genere Theophrastus, quum de cōiugio grauissime multa scripsisset, meretrices in se concitauit, & prosilijt Leontium Metrodori concubina, quæ aduersus tantum & facundia & sapientia hominem, librum sine mente, sine fronte euomeret, quod tam indignum facinus visum est, vt tanquam nihil iam superesset bonæ spei prouerbium natum sit, suspendio arborē eligendam. Sanctus Hieronymus ad Demetriadē de se ad hunc modū scribit, Ān annos circiter triginta de virginitate seruanda ædidi librū, in quo necesse fuit mihi ire cōtra vicia, & propter instructionē virginis, quam monebā, diaboli insidias patefacere, Qui sermo offendit plurimos, dū

vnusquisq;

vnusquisq; in se intelligens quod dicebat, non quasi monitorē libenter audiuit, sed quasi criminatorē sui operis auersatus est, Sic ille. En quod hominū genus sancte instituendo offensuri sumus? quibus placuisse vituperio & culpa non caret, stabunt a nobis graues & cordati viri, castæ virgines, probæ matronæ, prudentes viduæ, omnes denique, qui vere & ex animo sunt Christiani, non solo nomine, Qui omnes sentiunt, ac sciunt nihil fieri posse mitius leniusque præceptis nostræ pietatis a quibus nūnquam sinat CHRISTVS mentem ac sententiam nostram vel latum pilum deflectere. Sanctas fœminas leuiter tantum officij sui admonui, cæteras interdum paulo acrius castigaui, quod viderem documenta sola parum proficere ijs, quæ ducenti reluctantur, & trahendæ sunt idcirco apertius quandoque sum locutus, vt fœditatem morum suorum ipsæ velut in tabella depictā intuerentur, quo erubescerent, & desinerent erubescenda facere, simul bonæ tum se ab illis vicijs procul abesse gauderent, tum darent operam vt longius etiam recederent, & in sedes virtutis intimæ penetrarent. maluiq; iuxta Hieronymi consilium verecundia parumper, q̄ causa periclitari, sic tamen ne in pudendū quid prolaberer, quo nihil turpius est præceptori castitatis, quo factum est, vt intelligenda nōnunq̄ sint plura, q̄ dicam. Hoc opus tibi non secus offero Regina Inclita, q̄ si pictor faciē tuam artificiosissime expressam daret, siquidē vt in illa imaginē tui corporis cerneres pictā, sic in his libris imaginē videbis animi.

quippe

quippę quæ fuisti & virgo, & vxor, & vidua, iterũm vxor, quod vt diutissime sis, deũ precor, & sic in his oĩbus vitę ratiõibus cursibusq; te gessisti vt exemplũ reliquis esset optime viuendi quicqd ageres. sed tu mauis virtutes laudari, q̃ te, & si nemo commendare muliebres virtutes potest, quin te quoq; eadẽ laudati one cõprehendat, parendũ tamẽ erit tibi, modo scias sub excellentibus & egregijs virtutibus, alias plerũq; tui similes expresso nomine, te semper (etsi tacite) prædicari, neq; enim celebrari laudibus virtutes possunt quin pariter & illi cõmendent, quãuis innominati, q plurimũ illis pręstiterũt. Leget hæc monita mea Maria filia tua, & effinget ea, dum se ad domesticũ exemplum componit probitatis & sapientiæ tuæ, effinget certe, & nisi humanas oẽs cõiecturas sola fallat, optima & sanctiss. vt sit, necesse est, te & Henrico octauo nata, tali cõiugũ pari, vt omnes laudãdi rationes, virtutes laudesq; vestræ superarint. Habebunt igitur fœminæ omnes, vt per vitam & actiones tuas exemplũ, sic per hæc tibi dedicata volumina præcepta rationesq; viuendi, vtrunq; debebunt probitati tuę, & quę ipsa egit, & quæ me ad scribendum adduxit.

Vale

Brugis

Nonis Aprilis

M D. XXIII.

IOANNIS LVDOVICI VIVIS VALENTINI DE INSTITVTIONE CHRISTIANAE FOEMINAE LIBER PRIMVS QVI EST DE VIRGINIBVS,

CAPITVLVM PRIMVM DE EDVCATIONE VIRGINIS INFANTIS.

FABIVS QVINTILIanus Oratorem inſtituens a cunis ipſis exordiendum cenſet. nullũ tẽpus debere vacare ratus, quod ad finẽ illũ deſtinatę artis nõ accõmodaretur. quanto maior cura ſuſcipi debet in virgine Chriſtiana, vt nõ ſolũ eius incremẽta formemus, & cõponamus, ſed initia quoqꝫ a lacte ipſo, quod velim fieri ſi poſſit, maternũ eſſe. idqꝫ Plutarchus Phauorinus & alij maximi philoſophi conſuluerũt. ſic enim mutua erit inter matrem & filiã charitas maior. quum nihil de matris nomine a matre ipſa in aliam deſcindetur. nam & nutrices matres appellari ſunt ſolitæ. Verius mater filiã exiſtimat ſuam, q̃ non ſolum vtero geſtauit, & peperit, ſed etiam infantulam ſemper in vlnis baiulauit. cui mammã prebuit. quã de ſanguine ſuo aluit. cuius ſomnos ſinu ſuo fouit. primos arriſus excepit blanda, & oſculata eſt. prima balbutiẽ conantis fari audiuit læta. & ad pectus infantem preſſit, optima precãs. Hæc viciſſim tantam in matrẽ pietatem indent filiæ, vt charior ſit ipſi mater, cuius amorẽ rudi adhuc & tenero animo largiſſime hauſit. quis poſſit dicere, quantã hęc in hoĩbus con-

Nutrimentum Lac maternum

ciliant charitatem, quũ beluæ ferę ab omni amoris sensu in alienum genus remotæ, nutritios atq; educatores suos deligant, & mortem obire nõ recusent, vt illos protegant, ac ꝓpugnent. Deinde fit (nescio quo pacto) vt non amorẽ modo, verum & mores sugamus cum lacte. hoc ipsum est, (inquit Phauorinus apud Gelliũ) quod sępenumero miramur quosdam pudicarũ mulierum liberos parentum suorũ neq; corporibus neq; animis similes existere, nec de nihilo nata est etiam pueris nota fabula, illum qui scrofæ lacte nutritus esset, in cœno se volutasse. ea causa vir acutissimus Chrysippus sapientes optimasq; eligi nutrices pręcipiebat. qđ nos & sequemur, & pręcipiemus ijs matribus, quibus infantes suos proprio lacte non licebit alere. neq; vero tantam curã in quærenda puero nutrice ponendã volo, quantã puellę. Quintilianus satis habuit dicere, videndũ ne sit viciosus sermo nutricibus, propterea ꝙ qui in infante insedit sermonis modus, difficile elueretur, de moribus nõ ita fuit sollicitus. quos sæpius alibi puer imbuit, ꝙ domi. & tamen Chrysippi de nutricibus sententiam attulit, velut idem sentiret ipse. At puellã quoniã nõ perinde doctam volumus, at bonam tota parentũ cura illo conferenda est, ne quid ei adhæreat viciosum & turpe. nihil per sensus corporis tale, nihil per nutrimentũ irrepat. nutricẽ vero primam audiet, primã videbit. & quæ rudis discet, hęc perita & callida tẽtabit effingere. Idcirco, D. Hieronymus Lætæ filiã instituẽs, nutricẽ ipsam vetat temulentã, aut lasciuã, aut garrulam esse.

Nutrices.

DE RELIQVA INFANTIA.

VBi iã ablactata fuerit, & fari, ac ingredi cœperit, lusus oẽs sint cũ paribus puellis, pręsente aut matre, aut nutrice. aut grauioris ætatis ꝓba fœmina, q̃ lusus illos & animi oblectamenta tẽperet, atq; ad honestatẽ virtutẽq; dirigat, oĩs masculus sexus absit. nec assuescat cũ viris delectari, natura enim in illos diutiss. est amor noster, cũ quibus pueriles horas, oblectationesq; traduximus, qui affectus in fœmina est

na est potentior, nempe ingenio ad voluptates ꝓpensiore. In illa ætate quæ nondũ bonũ ac malũ dijudicat, ne docenda quidẽ sunt mala. Pestilẽs opinio eorũ, qui filios suos volũt & bonũ & malũ nõ ignorare, ita demũ (aiũt) melius virtutẽ persecuturos, & fugituros vicia, quanto certius & vtilius est, mala nõ modo nõ facere, sed nescire quidẽ, quanto etiã hoc fœlicius, Quis nõ saltẽ fãdo audiuit, illa nos oẽs hora miseros factos, quũ primi illi authores generis humani, quid bonũ esset, quid malũ nouerũt, & profecto patres qui nolũt filios suos malorũ imperitos & inexpertos esse, digni sunt quorũ liberi sciãt, & quũ malefecisse pœnitebit, recordent se malefacere, patribus authoribus didicisse, impudica aut lasciua ꝟba, aut gesticulationes parũ decoras, ne tũ quidẽ discat, quũ rerũ est rudis, effictura etiã robustior & gnara plerisq; ita contingit, vt quæ prius assueuerũt, hæc ab incautis & imprudentibus agant, interdũ ꝓrumpant inuitis, hoc crebrius, si sint mala, vt est eorũ tenacior humanus animus. Videãt parẽtes ne factũ aliquod eius indecẽs vel risu, vel ꝟbis, vł gestu approbẽt, aut quod turpissimũ ẽ, osculis & cõplexu excipiãt, id sepe conabit puella reddere, quod gratissimũ parẽtibus putabit, oĩa sint ł in primis annis casta et pura, saltẽ morũ grã, q ex illa infantili consuetudine, prima, velut deliniamenta ducũt.

De primis exercitamentis.

A Etate qua puella rebus discendis videbitur idonea, incipiat ea discere, quæ ad cultũ animi. quæq; ad tuendã regendãq; domũ spectant, tempus nullũ diffinio. Alij eñ anno septimo exordiendũ putauerũt, vt Aristoteles, vt Eratosthenes, alij quarto, quinto ve vt Chrysippus & Quintilianus. Ego totam hac de re deliberationem ad parentum prudentiã reijcio, qui ex qualitate & habitu infantis, consilium sument, modo ne officiat indulgentia, qua, quidam tam charos habent filios, adeo illis metuunt, vt ab omni arceant labore, ne in morbum incidant. Hi dum eorum vires corpusq; putant augere, frangũt, multum officit filijs Lusus

filijs parentum indulgentia, quæ illis in mille vitia licentiã effrenẽ offert & ingerit, sed in primis fœminæ. Hæc enim magna ex parte solo metu cohibetur, qui si absit tum demũ habenas naturæ laxat, si in malũ fert, pcliuis, eo se præcipitat nec bona est, nisi talis sit natura ipsa, quales nonnullas est in uenire. Discet ergo simul litteras, simul lanã & linũ tractare, duas artes iam inde ab innoxio illo sæculo posteris traditas vtiles in primis rei familiari, & conseruatrices frugalitatis, cuius studiosas conuenit esse fœminas, nõ descendã ad minutiora, ne cui humiliora instituto meo persequi videar, Sed fœminã nullo modo placet mihi artiũ quæ manibus tranctantur, imperitã esse, ac ne principẽ quidẽ, aut reginã quid enim aliud potius aget aut melius vacua domesticis negocijs, confabulabitur cũ viris, aut alijs fœminis, quibus de rebus, semper loquetur, nunq̃ conticescet, at cogitabit, quæ, celer est cogitatus fœminæ ac fere inconstans, vagus, peregrinus, nescio quo lubricitate deuoluetur sua, ac legere optimũ est, & id in primis consulo, sed iam lectione fessam ociosam uidere non possum, vt Persicas illas fœminas inter eunuchorũ agmina cantibus, comessationibus, iugibus, & sempiternis voluptatibus immersas, quæ ad fastidiũ vitandũ, subinde mutabantur, & vnius finis, initiũ erat sequentis Diuus Hieronymus Paulã nobilissimã fœminã ex Scipionũ & Graccorũ gente, quæ etiã Agamemnonẽ illum principẽ regum in stemmate ostendebat, discere vult lanã facere, tenere colũ, ponere in gremio calathum, rotare fusum, stamina pollice ducere. Demetriadem quoq; pari nobilitate ac opibus habere iubet lanã in manibus, & vel staminis pollice fila deducere, vel ad torquẽda subtegmina in alueolis fusa vertere, aliarũq; neta aut in globũ colligere, aut texẽda componere, fuit em̃ semper lanificiũ honestæ fœminæ ars. Romanæ omnes quũ nuberẽt, fusum & colũ cum lana ad domũ mariti afferebant, posteaq; lana attingebant, & coronabãt, quod illis religiosum erat, tum super lanatã pellem sedere

Lana & Linum.

Romanorũ mos.

ſedere iubebatur, vt diſceret quid factura domi eſſet, hinc marito hæc dicebat verba, vbi tu Caius, ego Caia. Fuit Caia Tanaquil Etruſca, ſummo loco nata, frugaliſſima mulier Tarquini priſci regis vxor, quæ opificio lanæ maximã operam, curamq; adhibuit, ideo pro dea culta eſt, eiuſq; ſtatuæ colus addita pudicitiæ & induſtriæ monumentum, acclamabatur etiam in nuptijs creberrime Thalaſſio, ceu quis dicat, quaſillum, in quo ſeruatur lana vt admoueretur operis ſui nupta. Itaq; hoc agere argumentũ erat prudentis & pudicæ fœminæ. Regij Iuuenes quũ orta ſuper vxoribus contentione Romam veniſſent, cæteraſq; Regias nurus inter æquales conuiuãtes, Lucretiã vero nocte ſera deditã lanę, inter lucubrantes ancillas in medio ædiũ ſedentẽ deprehendiſſent, pudicitiæ laus penes eam omniũ conſenſu fuit Redacto etiã vniuerſo Po. Ro. imperio in Auguſti poteſtatẽ, ipſe filiam & neptes ſuas lanificio aſſuefecit. Terẽtius vbi parcã et pudicã puellã deſcribit, lana inquit et tela victũ q̃ritans. Solomon in encomio ſanctæ fœminæ lanã & linũ q̃ſijſſe illã dicit, & operatã conſilio manuũ ſuarũ, nec referre puto lana ne ſit an linum, vtrũq; ad vſus vitæ neceſſarios pertinet, & honeſtiſſima eſt fœminarũ occupatio. Anna ſamueli filio ſuis ipſa manibus lineũ ſuperhumerale confecit Caſtiſſima Ithaceñ Regina Penelope viginti ãnos quibus maritus abfuit, texendo fefellit. Reginæ macedonũ & Epiri veſtes maritis, fratribus, filijs, parẽtibus ipſe proprijs manibus contexebãt, & cõſuebant, e quibus aliquot Alexander magnus Perſicis Reginis oſtẽdit a matre & ſororibus factas, apud Hiſpanas veteres premiũ fuiſſe certamini publice propoſitũ tradunt rerũ ſcriptores, quæ plurimũ neuiſſet, aut texuiſſet, idq; ſtatis temporibus iudicabatur, allatis in publicum operibus, honoſq; erat permagnus, vt quæq; multũ & induſtrie laboraſſet. Manet hodie idem ſtudiũ frugalitatis in pleriſq; & oſtẽtatur diligẽtia operis, tũ apud optimas quaſq; turpe eſt ocioſam agere. Ideo Regina Iſabella Ferdi

Caia Tanaquil.

Thalaßio

Filij & propinqui Tarquinij.

Reginæ Macedonum & Epiri.

Hiſpanorũ mos.

Iſabella Fer

dinan-di | Eius quatu-or filiæ | Culinaria.

la Ferdinandi coniunx nere,suere,acu pingere quatuor filias voluit,ex qbus duæ Lusitaniæ fuerũt Reginæ,tertiã vid́emus Hispaniæ Caroli Cæsaris matrẽ,quartam Britanniæ Hẽrici octaui viri optimi cõiugẽ sanctissimã.Discet etiã culinariã,nõ illã sordidã immodicorũ ciborũ,& quæ pluribus ministret,quã coqui tractãt,nec voluptatis nimiæ ac gulæ, sed sobriã,& castã,qua parentibus,& fratribus cibos paret virgo,marito vero & liberis nupta,sic eñ & apud illos,& apud hos nõ paruã inibit gratiã,si nõ oĩa in famulas reiecerit.sed ipsa suis manibus parauerit,quæ iucundiora erũt parentibus,viro,liberis,q̃ a famulabus ministrata,atq; id magis,si ægrotẽt.Nemini culinę nomẽ,sordeat alioqui necessariũ,& sine quo nec ægri conualescimus,nec sani viuimus. quod nec Achilles Rex,Regis filius,& Heroũ pręstãtissimus fastidiuit,qppe quũ ad eũ Vlysses & Nestor venissent de reconciliatione cũ Agamemnone acturi ipsę paratis mẽsis præcinctus culinã & cibos curauit,optimos & charissimos sibi Principes conuiuio excepturus sobrio & temperato,Spectat id quoq; ad frugalitatẽ & mũdicias.nã presente Dña aut Filia familias oĩa tractant accuratius,Quæ ista ẽ tanta manuũ cura,aut tm̃ culinæ fastidiũ,vt ne interesse qdẽ aut spectare sustineãt,quod esurus est charissimus vel parẽs, vel coniunx,vel etiã filius,Sciãt:quæ id agũt fœdari magis manũ si porrigat alieno viro,q̃ si intingat fuligine,turpius esse cõspici in choræa,q̃ in culina.deiectus taxillos aut lusorias chartas scite tractare,q̃ cibos,minus decere probã gustare in comesatione potũ ab alieno viro traditũ,q̃ sorbitiunculã suo viro tradendã.Hanc ergo etiã artẽ mea fœmina tenebit,quo magis omni ætate suos sibi demereat,& quo rectius puriusq; curati cibi ad mensam exeãt.Vidi ego & hic & in Hispania & in Francia q conualuerint cibis ab vxoribus aut filiabus aut nuribus paratis,q eas postea multo habuerint,q̃ añ chariores.Vidi contra,exosas viris vxores,soceris nurus,patribus filias,q; se culinæ administrãdę negarĩt artẽ

Achillis humanitas.

nosse.

DE DOCTRINA PVELLARVM.

SVnt Puellæ discendis literis parum idoneæ, vt ex viris aliqui, sunt aliæ ingenijs vel in id natis, vel nō repugnātibus, illæ cogendæ non sunt. hæ sinendæ, inuitādæ etiam, atq; exhortandæ. video suspectas esse plerisq; doctas fœminas, ceu malitiæ naturæ accedat adiumentū astutæ eruditionis. equidem non probarim in acuta & fraudulēta muliere literas, quæ dolos suppeditent, mores nō instituant, & probitatē. At præcepta vitæ, & eorū, qui recte vixerunt exēpla & sanctitatis peritia, pudoris ac pudicitiæ sunt custodes, exemplaria virtutū, & stimuli ad eadem insequenda. Quærit Aristoteles Philosophus cur tubicines & musici qui festis ac celebritatibus mercede canūt, quos uulgo Græci Dionysiacos vocabant, voluptatibus semper dediti, nunq̃ bonæ vllius sint frugis, sed perditis moribus vitā transigant, respondet hinc fieri, quod quum semper inter delicias & cōuiuia versentur, nec vnq̃ philosophię præcepta, quæ ad vitā sancte degendā spectāt, audiāt, nec vllū dū recte viuit aspiciant, aliter viuere nesciūt, q̃ quo modo vel audiēdo vel vidēdo, vel vsu didicerunt. Nihil porro audierunt, nihil viderūt aut cōsueuerunt nisi uoluptuariū & beluinū, inter voces et clamores absonos, inter saltantes, osculātes, ridētes, edētes potātes, vomētes, inter perfusos immodica lætitia, et omni cura mētis morūq; abiecta. Hæc eadē moribus, & tota vita exprimāt necesse est, mulierē nō facile inuenias malā, nisi q̃ ignorat, aut certe nō cōsiderat, quantū sit pudicitia bonum, quantum scelus admittat, si eam perdat, q̃ turpi & leui & momentanea voluptatis imagine, quantum bonum cōmutet, quantum simul malorum agmen introducat, exclusa castitate, nec expēdit, quæ sit corporea voluptas, vt inanis & stulta res, & propter quam ne manus quidem esset vertenda, nedū vt illud abijceret, quo nihil esse potest in fœmina pulchrius atq; præstantius, nam quæ hæc & similia ex litteris cogitare didicit, imbuto & munito pectore sctis cōsilijs.

nūq̄ vt turpe aliquid admittat indicet animum, aut si induĉát, retrahētibus a facinore tot probitatis præceptis, ex eo fieri coniectura potest, qualis esset futura, si nihil honesti audiuisset. Ac nimirum si reuoluere atq; explicare superiores ætates libet, nullā fere inueniemus doctā impudicā. Obijcient fortasse Sapphū poetriā summā, q̄ nō satis caste Phaonē adamarit, & Leontium Metrodori concubinā, q̄ aduersus Theophrastū scripserit, & Sēproniā græce & latine doctā quā Salustius parū integre pudicitiā habuisse tradit, ceu vero pro his tribus adnumerare nō ipse sexcentas queā, sed anteq̄ id facio, de his tribus loquar, authores habeo magni nominis qui Sapphū Lesbiā Lyricā doctissimā nō illā esse putent, quæ Phaonē deperijt, sed aliā magna vt eruditione, ita continentia vitæ. Tū Leontiū nō venit ad Metrodorū docta. sed eius domi eruditionē percepit, & eius generis, quæ ad mores minimū cōferret, nempe Epicuræā oīa voluptate metientē. Semproniæ doctrina nō est quā nos probæ fœminæ concedimus, rerū moraliū & rationis vitæ bene agēdæ, tantū erat sermonis politioris cura, in qua nō ita multū laboris collocari volumus. Idē poterat de Sappho dici. Iam si nos acies nostras explicemus, prodibūt Cornelia graccorum mater, quæ ipsa pudicitiæ exemplar filios suos edocuit Læliæ, mutiæ, Portia Bruti, quæ de Catonis patris sapientia hausit. Cleobulina Cleobuli vnius ex septē sapientibus filia quæ tā dedita literis & sapientiæ vixit, vt venerē oēm aspernata virgo permanserit, cuius exemplū secuta est Pythagoræ filia, quæ patris scholā eo mortuo rexit, virginūq; choro præfecta est, ex eadē secta & disciplina Theano Metaponti nata insignis etiā vaticinio, singulari splenduit castitate. Sibyllas decē Hieronymus virgines fuisse prodidit. Cassandrā itidē & Crisseni vates Apollinis, ac Iunonis virgines legimus, id fere cōe fœminis vatibus fuit. Pythia delphis nō nisi virgo responsa consulentibus edebat, quarū prima Phemonoe Heroici carminis inuentrix fertur, Sulpitia Caleni

An doctæ impudicæ.

præcepta de coniugio sanctissima reliquit, sed quæ ipsa prius vita sua expresserat, de qua Martialis inquit.

Omnes Sulpitiam legant puellæ,
Vni quæ cupiunt placere viro.
Omnes Sulpitiam legant mariti,
Vni qui cupiunt placere nuptæ.
Castos hæc docet, & pios amores,
Lusus, delicias, facetiasq;.
Cuius carmina, qui bene æstimarit,
Nullam dixerit esse sanctiorem.

Constat ætate illa nullũ maritũ Caleno fuisse fœliciorẽ Sulpitia vxore. Hortensia Hortensij Oratoris filia, patrẽ ita effinxit dicendo, vt honestissima fœia, orationẽ ad triũuiros reip. consti. habuerit ꝓ sexu suo, quã posterior ætas nõ mõ in admirationẽ & laudẽ muliebris facundię, sed ad imitationẽ quoq; legit, vt Ciceronis scripta, vel Demosthenis. Aedesia Alexandrina Syriani Philosophi propinqua, tanta & doctrina & puritate morũ, æuo suo miraculo fuit. Corinna Theia, mulier casta, Pindarũ vatẽ carminũ certamine quinquies vicit. Paula Senecæ mariti doctrina imbuta, mores quoq; æmulata est. Seneca idẽ Albinã matrẽ suã sapientum pręceptis, mariti iussu imbutã tantũ, nõ itẽ eruditã dolet. Argentaria Polla Lucani coniunx, quæ marito mortuo Pharsaliã emendauit, etiã adiutasse in scribendo virum dicitur, insignis genere, opibus, forma, ingenio, pudicitia, de qua sic Calliope apud Statiũ Lucano loquitur.

Nec solum dabo carminum nitorem,
Sed tædis genialibus dicabo.
Doctam atq; ingenio tuo decoram.
Qualem blanda Venus daretq; Iuno,
Forma, simplicitate, comitate,
Censu, sanguine, gratia, decore.

Quinq; filias Diodorus Dialecticus habuit, illustres artibus & pudicitia, quarũ historiã Philo, Carneadis magister

persecutus est. Zenobia Palmyrænorũ Regina etiã Græce & Latine sciuit, ac historiã composuit, cuius vt aliarũ quarundã incredibilis continentia, proximo a nobis libro refer. Quid christianas loquar? an Teclã Pauli discipulã, dignã tanto magistro auditricẽ? an Catherinã Alexãdrinam Costi filiã? quæ etiã disputando maximos & exercitatissimos Philosophos superauit, Cognoĩs eius Catarina Seneñ doctissima virgo, monumenta ingenij sui reliquit, in q̃bus puritas illa sanctissimi animi elucet. Nec nos gẽtilitati suas vates inuidemus, q̃ quattuor etiã in eadẽ habeamus domo ꝟgines vates Philippi filias, Aetate Hieronymi sanctæ oẽs fœminæ doctissimæ fuerũt. Vtinã illas multi huius ætatis Viri senes, eruditiõe æquarẽt. Scribit ad Paulã, ad Lætã, ad Eustochiũ, ad Fabiolã, ad Marcellã, ad Furiã, ad Demetriadẽ, ad Saluinã, ad Herontiã Hieronymus, ad alias Ambrosius, ad alias Augustinus, suspiciendas oẽs ingenio, literis, vita. Valeria proba quæ virũ vnice dilexit, Vergilio centones, de Christo dño composuit. Eudociã Theodosij iunioris, rerũ scriptores nõ minus clarã, peritia rerũ & probitate tradunt, q̃ imperio. Cuius dicuntur esse, qui circumferuntur Homero centones, Hildegardis Germanę virginis epistolas, & eruditos legimus libros. Aetas nr̃a quattuor illas Isabellæ Reginæ filias, quas paulo ante memorabam eruditas vidit. Non sine laudibus & admiratione narrant mihi passim in hac terra Ioannã Philippi coniugẽ, Caroli huius matrẽ ex tempore latinis orationibus, quæ de more apud nouos Principes oppidatim habentur, latine respondisse. Idẽ de Regina sua Ioannæ sorore, Britanni prædicãt. Idẽ oẽs de duabus alijs, quæ in Lusitania fato concessere, quibus quattuor sororibus nullæ, memoria hoĩm mulieres, synceriore pudicitia, nullæ candidiore fama, nullæ populis suis gratiores, atq; amabiliores Reginæ extiterũt, nullę magis amarũt coniuges suos, nullę obsequentius paruerũt, nullæ accuratius se ac suos oẽs sine macula seruarunt.

rũt. nullis magis fœditas aut lasciuia displicuit, nullæ absolutius & exactius numeros oẽs, ꝓbæ fœminæ impleuerũt. Si Reginę post se de priuatis fœminis mẽtionẽ fieri paterent, adderẽ huic numero Thomæ Mori filias, Margaritã, Elisabetã, Cæciliã, atq; earũ cõsanguineã Margaritã Gigiã, quas pater nõ contentus esse castiss. etiã doctissimas esse voluit, sic fore indicãs, vt verius firmiusq; sint castę, In quo nec vir ille sapientissimus fallitur, nec alij qui idẽ censent. Res enĩ est literariũ studiũ, primũ quæ mentes hominũ occupat totas. deinde in cognitionem rerum pulcherrimarũ attollit, vt a turpitudinum cogitationibus animos auocet, & si qua talis cogitatio obrepat, vel præceptis bene viuendi munita mens pellit, vel aurẽ non præbet rei vilissimæ ac spurcissimæ, quum alias ipsa pulcherrimas, purissimasq; voluptates habeat, quibus ducatur. Hinc puto Palladem ingeniorum atq; artium Deam, Musasq; omnes virgines esse, a vetustate fictas, Nec a libidine solum abhorrebit pectus sapientiæ deditum, hoc est a fuligine res candidissima, & a maculis mundissima, sed a leuibus etiam oblectamentis, quibus leues puellarũ tenentur animi, velut a saltationibus, cantiunculis, & lusibus eiusmodi lasciuis ac ineptis. Nunq̃, inquit Plutarchus, saltationibus se mulier delectabit, literis dedita. Sed quæ potissimum sint istæ literæ, in quibus fœmina versabit. quæret aliquis? & quas imbibet? Studia sapientię dixi, illa inquã, quæ mores formẽt, quæ vitã instituant, quæ rationẽ doceãt, optime & sanctiss. agendi, de eloquentia nihil sum sollicitus, nec eget ea mulier, probitate ac sapientia eget, nec turpe est tacere mulierẽ, fœdũ & abominandũ nõ bñ sapere, male viuere. Neq; ꝓtinus eloquentiã improbarim, quã Quintilianus, & hũc secutus. D. Hieronymus, laudatã in Cornelia Graccorũ matre perhibẽt, & in Hortensia Q. Hortẽsij filia. Si fœmina aliqua inueniatur sctã & docta quę erudiat, hãc malim, sin minus, virũ deligamus, vel grandæuũ, vel certe optimũ & ꝓbatissimũ, nec cœlibẽ, sed cui sit

vxor, & quidem pulchra satis, & chara. ita demũ in alienas minimũ exardescet, neq; hæc fuerunt pretermittenda, quũ in educanda fœmina precipuam, ac nescio an solam curam vendicet pudicitia. Quum docebitur legere, ij libri sumã-tur in manus, qui mores componant. quum vero scribere, ne sint ociosi versus, qui ad imitationẽ proponuntur. nec la sciua quæpiam, aut vilis cantiuncula, sed graue aliquod di ctũ, prudens & casta ex litteris sacris, aut philosophorum preceptis sententiola, quã sæpius scriptã tenacius memoriȩ affigat, & in discendo quidẽ nullũ, vt viro, sic neq; fœminæ finẽ statuo, nisi q̃ virũ pluriũ ac uariarũ cognitione rerum instructũ esse par est. quæ & ipsi prosint, & reip. tũ vsu, tum etiã eruditione in alios diffundenda & propaganda. mulie rem totã esse volo in ea parte philosophiæ, quæ mores sibi cõponendos sumpsit, ac meliores reddẽdos, & sibi vni di-scat. ad summũ liberis pueris adhuc, aut sororibus in Dño. neq; enim scholis pręfici decet mulierẽ, nec iter viros age-re, aut loqui, & verecundiã pudorẽq;, vel totũ, vel magna ex parte in publico excutere, dũ alios docet. quã, si ꝓba sit, domi sedere potius, & alijs incognitã esse conuenit. In cœ-tu vero demissis oculis, pudibundã tacere, vt videãt quidẽ eam nõnulli, audiat nemo. Apostolus Paulus vas electiõis Ecclesiam Corinthiorũ sanctis præceptis formãs ac instru ens, mulieres (inquit) vestræ in ecclesia taceanto. neq; enim permittitur illis loqui, sed subditas esse vt lex, iubet. Si quid vero cupiũt discere, domi viros ꝓprios interrogent. & Ti-motheo discipulo suo sic scribit. Mulier in silentio discat, cũ omni subiectione, docere autem mulieri non permitto, ne q; authoritatem habere in virum, sed esse in silentio. Adam enim primus fictus est, deinde Eua, & Adam non est sedu ctus. Mulier autem seducta in præuaricatione fuit. Itaque quoniam infirmum animans est fœmina, & iudicio inua-lido, quod q; falli non difficile potest, quod ostendit parẽs mortalium Eua, quam leui argumento cæpit Diabolus, ideo

ideo docere illam non oportet, ne quum sibi falsam de re aliqua opinionem persuaserit, authoritate docentis in auditores transfundat, & alios quoque in errorem suum facile trahat, nempe vltro doctorem sequentibus discipulis.

Qui non legendi Scriptores, qui legēdi.

SAnctus Hieronymus ad Lætā de Paula instituēda scribens, sic præcipit. Nihil discat audire, nihil loqui, nisi qđ ad timorem dei pertinet. Haud dubiū quin idem de lectione consulturus. Inualuit consuetudo etiam gētilicijs peior, vt vulgares libri qui in hoc scribuntur, vt ab ociosis tum viris tum fœminis legantur, nullam habeant aliam q̄ de bellis & amoribus materiam, de quibus libris ne præcipiendum quidem puto, si modo christianis loquor. Quid ego quanta sit ea pestis dicam? quum igni stipule & arida ligna subijciuntur. at scribuntur hæc otiosis, quasi vero non satis magnū sit vitiorū oīm fomentum, ocium, nisi & faces subdantur, quibus ardentius ignis hic cunctum hominē corripiat. Quid puellæ cū armis, quæ vel nominare dedecus ipsi est? narrant mihi quibusdam in locis nobiles aliquas Puellas lusus armorum auidissime spectare, etiam de armis, deque viris fortibus iudicium ferre. Viros vicissim illarū censurā plus metuere, pluris facere, q̄ virorum? non facile animus est pudicus, quem ferri & lacertorum & virilis roboris cogitatio occupauit. Quis inter hæc inermi & imbelli, atque imbecillę pudicitiæ locus? Fœmina quæ illa meditatur, venenum pectore imbibit, cuius hæc cura, hæc verba apertissima iudicia sunt. Lethalis est hic morbus, nec detegendus tamen a me, sed obruendus atque opprimēdus, ne alias odore suo offendat, contagio inquinet. Arma igitur quum christianum virum tractare nescio an fas sit, quomodo spectare fœminā fas erit? & si non manibus, certe quod grauius est, animo & corde versare. Deinde quid mihi amores alienos legis? & blādities, & veneni illectamenta sensim hauris ignara. & plerūque vidēs, ac prudēs, quū nonnullæ, in quibus nihil

iam superest bonæ mentis,ad hæc legenda veniant,vt eiusmodi amatorijs cogitationibus teneantur. has non modo præstaret nunq̃ literas didicisse,sed perdidisse etiam & oculos ne legerent,& aures ne audirent, quanto hoc satius esset,cęcas & surdas(vt dn̄s in Euãgelio dicit)ingredi in vitã q̃ geminis oculis,auribusq;,mitti in gehennam ignis. Hæc puella vsq;adeo Christianis turpis est, vt etiam gentilibus esset pudenda & abominãda. Quo magis miror sacros cõcionatores,quum plærumq; res paruas maximis tragœdiis exagitent. hoc singulis concionibus non clamare, miror cordatos patres hoc suis filiabus permittere, maritos concedere,mores & instituta populorum dissimulare, vt nequitiæ assuescãt fœminæ legẽdo, Decet humanas leges & magistratus non fora solum & lites spectare,sed mores quoq;,& publicos, & priuatos. Itaq; coueniret,libidinosa carmina, & spurca, de vulgi ore per leges tolli, ceu vero cani nihil in ciuitate debeat,nisi fœdum ? & quod audire nemo bonus queat sine pudore?nemo sapiẽs sine indignatione?vt videantur qui eiusmodi cantiunculas cõponunt,nihil laborare magis,q̃ vt publicos iuuentutis mores corrũpant,faciunt non secus,ac qui publicos fontes venenis inficiunt. Quis hic est mos, vt cantio non existimetur, quæ turpitudine vacat?hoc ergo curare leges congruit,tum & de pestiferis libris,cuiusmodi sunt in Hispania mea Amadisus,Florisandus,Tirantus,Tristanus Lugduneñ. Celestina lena,nequitiarum parens. In Gallia Lãcilotus a lacu, Paris & Vienna,Ponthus & Sydonia, Petrus prouincialis,&Margalona,Melusina. In hac Belgica,Florius,& Albus flos, Leonella & Canamorus, Curias & Floreta,Pyramus & Thisbe. Sunt in vernaculas linguas transfusi, ex latino quidã,velut infacetissimæ facetiæ Poggij, Aeneæ Siluij Eurialus & Lucretia,quos oẽs libros conscripserũt,homines ociosi,maleferiati, imperiti,vitijs ac spurcitiæ dediti,in queis,miror,quid delectet?nisi tam nobis flagitia blãdirentur

direntur, eruditio expectanda nō eſt ab hominibus, qui ne vmbram quidem eruditionis viderāt, Iam quū narrāt, quæ poteſt eſſe delectatio in rebus, quas tā aperte & ſtulte mentiūtur? hic occidit ſolus viginti, ille triginta, alius ſexcētis vulneribus confoſſus, ac pro mortuo contemptus ſurgit, & poſtridie ſanitati, viribuſq; redditus, ſingulari certamine duos Gigātes proſternit, tum prodit onuſtus auro, argēto ſerico, gēmis, quantum nec oneraria nauis poſſet portare. Quę inſania eſt ijs duci? Deinde argutū nihil eſt, pręter quędam verba ex penitiſs. veneris ſcrinijs deprompta, quæ in tempore dicūtur ad permouēdam, cōcutiendamq;, quam ames, ſi forte ſit conſtantior, Si propter hęc leguntur, ſatius erit libros de arte Lenonia (ſit honos auribus) ſcribi. nam in alijs rebus argutiæ quæ poſſunt proficiſci, ab ſcriptore oīs bonæ artis experto? nec vllū audiui affirmantem, illos ſibi libros placere, niſi qui nullos attigiſſet bonos, & ipſe interdū legi, nec vllum repperi, ſeu bonæ mētis, ſeu melioris ingenij veſtigium. nam eis qui eiuſmodi laudant, quorum ipſe quoſdā noui, ita demū fidē habebo, ſi id dixerint, poſtquam Senecam, aut Ciceronem, aut Hieronymum, aut ſacras literas deguſtarint, & mores etiā in meliores nonnihil mutarint. nam plerumq; ea ſola eſt laudandi cauſa, quod in illis, ceu in ſpeculo mores ſuos cernant. Poſtremo & ſi acutiſſima ſint, ſi iucunda, nolo tamen voluptatem veneno illitā, nec ex acui fœminam meam ad flagitium. Profecto ridenda eſt maritorum dementia, qui permittunt ſuis vxoribus, vt eiuſmodi legendis libris, aſtutius ſint ſceleratæ. Quid de ineptis ſcriptoribus, & imperitis, loquar? quum acutiſſimos pariter, & doctiſſimos Poetas, Græcos, Latinoſq;, qui amatoria ſcripſerunt, nolit Ouidius attingi ab eo, qui mores impudicos fugiat? Quid dici poteſt Callimacho, Phileta, Anacreōte, Sappho, Tibullo, Propertio Cornelio Gallo, Poetis iucundius dulcius, ſuauius, argutius, omni eruditionis genere excultius?

atq;

atq; expolitius, quos authores tota Græcia, tota Italia, totus orbis admiratus est, & tñ reijciendos castis præcipit inquiens in .ij. lib. de remedio amoris.

Eloquar inuitus, teneros ne tange poetas.
 Summoueo dotes impius ipse meas.
Callimachum fugito, non est inimicus amori.
 Et cum Callimacho tu quoq; Cωe noces.
Me certe Sappho meliorem fecit amicæ.
 Nec rigidos mores Theia musa dedit.
Carmina quis potuit tuto legisse Tibulli?
 Vel tua, cuius opus Cynthia sola fuit?
Quis potuit lecto durus discedere Gallo?

Ad postremũ se quoq; vitandũ iubet, Et mea (inquit) nescio qd carmina tale sonât, Sonât certe, & ideo ab optimo Principe in meritissimũ exilium ad Getas expulsus, in quo subit admirari seueritatẽ, vel sæculi vel Principis illius. Viuimus in ciuitate Christiana, quis hodie authori similiũ carminũ vel leniter succenset? Eijcit Plato ex rep. quã instituit hoim sapientũ, Homerũ & Hesiodũ poetas. At hi quid turpe habẽt præ arte amandi Ouidij, quæ a nobis legit, habet in manibus, terit, ediscit? Sunt magistri, qui suis discipulis prælegãt. Sũt, qui æditis commẽtarijs flagitia declarẽt, Videlicet Ouidiũ Augustus relegauit, & hos Ouidij interpretes in ciuitate retinuisset, nisi plus esse credimus scripsisse turpia, q̃ explicare? & teneros iuuẽtutis animos illis imbuere? Exul est qui pondera, qui mensuras fraudauit, qui adulterauit numũ, qui falsauit instrumentũ. In rebus paruis quanta tragœdia? & honoratus est in ciuitate, atq; etiã Magister sapientię corruptor iuuentutis? Fœminę igitur hi oẽs libri nõ secus q̃ vipera vel scorpius vitandi. Si qua est, quæ sic horũ librorũ teneat lectione, vt ponere de manibus nolit, huic non modo illi extorquendi sunt, sed si ægre meliores euoluit, ac inuita, danda opera, vel a parentibus, vel ab amicis, vt nullos legendo, literis desuescat, & si fieri potest, dediscat. Melius

est em̃

est em̄ bona re carere, q̄ male vti. Proba fœmina nec tales libros in manus sumet, nec spurcis cantiunculis os suū contaminabit, & quantū poterit, efficiet, vt aliæ similes sui sint, simul bene agendo, simul bene monendo, tū etiā iubendo & præcipiendo, si hoc ei licet. Porro qui nā libri sint legendi, de quibusdā nullis nō constat, velut de Euangelijs Dn̄i, de Apostolicis tū actis, tū epistolis, de vetere testamento, de Cypriano, Hieronymo, Augustino, Ambrosio, Hilario Gregorio, Boetio Platone, Cicerone, Seneca, & similibus Super quibusdā consulendi sunt graues & cordati viri, nec temere suū iudiciū sequet̄ fœmina, ne leuiter disciplinis & literis imbuta, falsa pro veris, perniciosa pro salubribus, inepta & stulta, p grauibus, & approbatis admittat. Inueniet pfecto in authoribus lectu dignis, oīa acutiora, pleniora maioris & certioris voluptatis, pastū denicꝫ animi iucundissimū, quæ tū vitæ psint, tū aīm mira delectatione perfundāt. Itacꝫ festis diebus assiduo, & pfestis interdū legenda vel audienda sunt, quæ mentē in Deū extollāt, quæ aīm in quietē christianā componāt, quæ mores meliores reddāt, optimū erit anteq̄ ad rē sacrā exeas, Euāgeliū domi & epistolā eius diei legere, addita si habes, expositiūcula, sacris operata, vbi domū redieris, remcꝫ familiarē curaris, si qua ad te illius spectat cura, sedato & tranquillo aīo, aliquid ex illis legere, quę diximus, si modo scis legere. si nescis, audire. pfestis vero diebus aliquot idē agito, præsertim si alijs operibus domi necessarijs nō impediris. magis etiā si libri sint ad manū, maxime quū aliquot dierū interuallū est inter festa. Caue credas ferias esse ab ecclesia institutas, vt ludas, vt ociosa confabuleris cū æqualibus, sed vt tū demū intētius, & trāquilliore mēte de Deo cogites, de vita hac nr̄a, decꝫ illa in cœlis futura.

DE VIRGINITATE.

IAm mihi totus sermo erit cū puella ipsa, quæ in se incomparabile habet bonū, mentis carniscꝫ integritatē, tot occurrūt dicenda, vt initiū nō inueniā. an illinc præstabit exor

diri, vñ Augustinus de sancta virginitate v̄ba facturus: Vni uersa ecclesia virgo est, desponsata vni viro Christo sicut Paulus ad Corinthios scribit, quanto igitur digna sunt honore membra eius, q̄ hoc custodiūt, etiā in ipsa carne, quod tota custodit fide: quę imitat̄ matrē viri, & dñi sui: Nā ecclesia quoq; virgo & mater est. Nec est aliquid, quo dñs magis delectet̄, q̄ virginibus, nihil in quo angeli v̄sent̄ libentius, colludant, confabulent̄, nempe virgines & ipsi, cū dño suo, qui matrē uoluit habere virginē, charissi. discipulū virginē, sponsam ecclesiā virginē, etiā reliquas virgines despondit sibi, ad nuptias ingreditur cum virginibus, & quocūq; eat agnus ille sine macula, q̄ nos sanguine suo emundauit, centū quadraginta milliū virginū eū sequunt̄, In canticis scribitur. Soror nostra paruula est, & vbera nō habet, siue vox illa est Christi, siue angelorū ad animā, in qua vera sita est virginitas, & Deo grata. Omnis em̄ gloria filiæ Regis intrinsecus, inquit Psalmista. Ibi est ille vestitus deauratus, ibi amictus tot virtutibus ceu gemmis distinctus, ac varius Ne efferas te virgo, q̄ corpore sis integro, si animo es fracto, non q̄ corpus nullus attigerit vir, si animum multi viri percusserunt. Quid prodest corpus esse mundum, quum animum mentemq; labe tetra horrendaq; infectam geras: exaruit animus tuus o virgo calore virili adustus, nec liquescis præ amore sancto, sed pinguedinem omnem deliciarū paradisi exiccasti, idcirco virgo es fatua, nec oleū habes, & interim dum ad vendentem transcurris, excluderis. & sicut Dominus in Euangelio minatur, redeunti tibi ac pulsanti respondebitur, quæ nam es: non noui te. Dices, non nosti hoc corpus clausum, intactū viris: Corpus dicit Dominus, non video. Animam video, viris & istis peioribus diabolis patentem, & crebro pulsatum. Intumescis virgo, q̄ nō est vnde vterus possit intumescere, quum tumescat animus, nō virili semine, sed diabolico. Audi q̄ placeas sponso, ignoras te o pulcherrima inter mulieres, egredere & abi post vestigia

ſtigia gregum tuorum,& paſce hædos tuos iuxta taberna-cula paſtorum. Non noſti quomodo demum virginitas ſit bonum, non es ſpouſa mea, egredere, & abi poſt veſtigia illorum gregum, quos mente alis, & quandoquidem meos hædos nõ paſcis, paſce tuos, me paſtorẽ vnicũ, ſummũ, optimũ, nõ ita diligis. Morare iuxta tabernacula paſtorũ, quos ſequeris. Nã ſi me ſectareris, vnicus tibi notus eſſet paſtor, non plures. Vult nimirum ille omnia eſſe plana, oĩa æquabilia. Non tumeſcit vterus, nec eſt vnde. Nec tumeſcat animus, nec ſit vnde. Intellige obſecro bona tua virgo, æſtimari non poteſt precium tuum, ſi caſtitati corporis, caſtum adiungis animum. Si corpus & animum ſimul claudis, Signaſq; ſignaculis illis, quæ nemo aperit, niſi qui habet clauẽ Dauid. Sponſus ille tuus, qui ſic in te quieſcit, vt in templo mundiſſimo atq; elegantiſſimo. An hoc parũ eſt, incomprehenſum huic Mũdi vniuerſitati, ſola te puritate capere? Quæ gaudet mulier, ſi futurum Regem vtero geſtet? At qui tu iã Regem, non vtero modo, ſed quod præſtabilius eſt mente geris. Illum inquam, in cuius veſte adſcriptus erat titulus dignitatis ſuæ, Rex Regũ, & Dñs Dominantiũ. Illum de quo prophetæ vaticinati ſunt. Regnũ eius regnũ oĩm ſæculorũ. Illũ cuius regnũ finẽ nõ inuenturũ, angelus prædixit. Tollamus nos paulo altius, & in hoc pulcherrimo argumẽto cũ Auguſtino philoſophemur, ſed ita vt nos capias, & capies, pfecto nos melius, q̃ nos ipſi. Nempe de tuis bonis loquentes, quorũ ipſa nõ es ignara, & id tibi indicantes, qđ ipſa in te habes. Concepit Diua virgo Chriſtũ prius aĩo, deinde corpore, & præclarius, nobilius, excellentius fuit aĩo concepiſſe, q̃ corpore. Quo fit vt & tu in participatũ venias excellentioris conceptionis. O te fœlicẽ quæ filij nõ vulgaris & admirandi nõ vulgariter admiranda es mater. Dñs. in Euangelio ſuo mulieri dicenti. Btũs venter, qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti. Reſpondet, imo vero Beati qui audiũt verbũ dei, & cuſtodiũt illud, & Iudæis nunciantibus

maneri cum foris a matre & fratribus, qui nam rogat, sunt mater mea & fratres mei? & manum super discipulos extẽdens, hi sunt (inquit) fratres mei, hi mater, & alij quicũq; iussis patris mei parent. Quocirca virgines, sanctæq; oẽs animæ Christum spiritaliter generant. hominem deum vnica tantum virgo corporaliter genuit, qui cæteris virginibus sponsus est, vt etiam pater, an hoc tibi parum videtur o virgo, ꝙ huic deo & mater es, & sponsa, & filia, ne nihil in eo sit, quod non sit tuũ. quod non optimo tibi iure queas vindicare, nam & gignis & gigneris, & nubis, quæris spõsum pulchrum? huic dicitur speciosus forma præ filijs hominũ, diffusa est gratia in labijs tuis, quæris diuitẽ? de hoc audis. Gloria & diuitiæ in domo eius. quæris nobilem, dei est filius, & quattuordecim reges in stemmate numerat, & generatio huius inenarrabilis est, & antiquitas generis ante conditum mundũ a diebus æternitatis. quæris fortem, de hoc scribitur sapiens corde est & fortis robore. & in Psalmo. xliiij. Accingere gladio tuo super femur tuũ potentissime. quæris bonũ nihil de illo audis frequentius, q̃ ꝙ sit optimus. quæris in eo magnam ditionem, de hoc legis omnia subiecta esse sub pedibus eius. & in alio psalmo, omnes reges ei seruire. & non modo illi subditos esse homines, sed angelos, sed elementa mundi, & cęlos ipsos, quod ipsa de se veritas testificatur inquiens, data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Quæris sapientiam. omnia sunt nuda & aperta oculis eius, nec solum sapiens est, sed ipsa solida & vera sapientia, non Socratis, non Platonis, aut Aristotelis, sed dei, qui per illam eandem sapientiam fecit ac regit hũc mundum, quem vides. Cogita nunc, quanta cura margaritũ hoc est seruandũ, quod te facit similem Ecclesiæ, similem Mariæ, sororem Angelorum, matrẽ Dei, spõsam Christi. vt præteream honores humanos, qui vel nullũ, vel certe postremum locum in animo christiano habere debent, sed hi tamen velut oculos in virgine defigũt, q̃ grata omnibus

virgo

virgo, & chara, & etiam impudicis venerabilis: inter deos ipsos gentilium spurcissimos Cybelem, quam omnes vocabant matrem, virginem fuisse narrant. Diana deis gratiosissima, quod perpetuæ se virginitati sacrarit. Mineruā tria eximia reddebant admirandam virginitas, fortitudo, sapiētia, & de Iouis quem illi maximum, principemque existimabāt deorū cerebro nata fingebatur, vnde nefas erat oriri quicquam nisi purum, castum, sapiens, ita coniunctam putabant sapientiæ virginitatem, & septēnariū numerum & castitati, & sapientiæ dicarint, tum musas omnes scientiarum præsides virgines esse tradiderūt. Et in templo Delphici Apollinis, sapientissima fœmina quæ afflatu diuino plena consulentibus futura præcinebat virgo semper fuerit, quā vulgo Pythiam cognominabant. omnes etiam Sybillas, quas Varro decem numerat, Hieronymus virgines fuisse perhibet. Romæ templum fuit vestæ, cui a virginibus ministrabatur quas vestales vocabant. ijs assurgebat cunctus Senatus, his magistratus omnes, de via decedebāt, maximoque in honore fuerunt in toto Po. Ro. semper sacra res fuit virginitas; etiam inter latrones, sacrilegos, facinorosos, nefarios homines, inter feras quoque bestias. Tecla (inquit) D. Ambrosius, naturā bestiarū virginitatis veneratione mutauit. Tantum habet virginitas admirationis, vt eā etiā Leones mirentur

De Cura Virginitatis & Pudicitiæ.

QVanti igitur æstimanda ea res est, quæ sæpenumero ab Imperatoribus, a tyrannis, a magnis exercitibus fœminas tutata est: legimus raptas plærūque fœminas, dimissas esse ab insolentissimis militibus tantum vna reuerentia virginalis nominis, quod se virgines esse affirmassent. nefas enim existimabant propter breuissimam & momētaneam delectationis imaginē, tantū bonū imminuere, malebatque vnusquisque tanti facinoris authorem quemuis potius alium esse, quam se. O nefariam puellam, & vita indignam, quæ se vltro, tāto priuat bono, quod rapere milites omnibus scelleribus

leribus assuefacti exhorrēt: etiam amatores ardore cæci cū ctantur: nullus est enim tam perditus amator, qui si cogitet virginem esse, quam adamat, nō expergiscatur, nō oculos aperiat, non sumat iudicium, nō deliberet, quid sit acturus, & de mutanda mente consultet, vsqueadeo pauent omnes tanti præcij bonum tollere, quod postea nec retinere ipsi possint, nec reddere, quum tamen nihil ipsis depereat, scelerata puella nō timet id perdere, quod perditum semel recuperare in posterum nulla ratione valeat, quum maximum quod habebat bonum, ipsi pereat. Q. si affectus aliquid valent, vt valere plurimum par est iustos præsertim et honestos, vertat se quoquo volet puella, amissa pudicitia, omnia inueniet tristia, mœsta, lamentantia, lugentia, irata, infesta sua causa, Quis dolor consanguineorū, qmuum se omnes dehonestari sentiunt vnica puellæ illius turpitudine: quis mœror: quæ lachrymæ parentum & nutritiorū: hæc gaudia repēdis pro tot sollicitudinibus, tot laboribus: est ne hoc præmium educationis: quæ detestatio familiarium: quæ voces vicinorum, amicorum, notorum, execrantium sceleratam iuuenem: quæ irrisio: quæ fabulæ æmularum virginum: quæ auersio amicarum: quæ vndiq; fuga: vndiq; solitudo: quum vna quæq; mater non filias modo sed etiam filios a contagio tam perditæ mentis procul arceat, quid q etiam proci, si quos habebat, discedunt: & qui prius amorem simulabant, nunc aperte oderunt: interim etiam detectis verbis exprobrant scelus, vt mirer posse puellæ, quæ hæc videat, non dico vitam iucundam esse, sed omnino vllam esse, & non protinus mœrore cōtabescere: iam quid dicā odia & iras omniū: quibus scimus a multis patribus iugulatas esse filias, a fratribus sorores; a tutoribus pupillas, a cōsanguineis cōsanguineas: Hippomenes Athenieñ. princeps, quū filiā viciatam a quodā depræhendisset, eam cum equo ferocissimo in stabulo sine cibo conclusit, equus quū diu inediā tolerasset, naturæ etiā ferocitate versus

te versus in rabiem, puellam dilaniauit, vt se pasceret. Pontius Auffedianus Romæ, vbi filiam suam Fannio Saturnino, a pædagogo proditam comperisset, & seruum, & filiã interemit. Publius Attilius Filiscus filiam, quæ stupri se crimine coinquinauerat, interemit. Inuentus est in eadẽ vrbe L. Verginius Centurio, qui filiam integram amittere maluerit, quàm habere viciatam, ideo Verginiã suã vnicã chariss. ne Deceuiri libidini seruire cogeretur, quãdo alia nulla re poterat, cultro & oblata morte vẽdicauit. Patrũ memoria in Hispania Tarraconensi duo fratres, quũ sororẽ quã virginem credebant ferre vterum vidissent, dolorem quousque enixa esset, dissimularunt. at simul foetum vtero misit, inspectante obstetrice gladijs in ventrem adactis confecerũt. In eadem Hispaniæ parte, me puero, tres virgines sodalẽ puellam, quam in obscœno facinore depræhenderãt præ largo lintheo præfocarunt. Plena est exemplorum historia plenus vitæ communis vsus, nec mirum est hæc a patribus & necessarijs fieri. & in tantum odium charitatis affectum subito verti, quũ ipsæ abominãdo & sæuo amore actæ omni prorsus ex pectore eiecta pietate, parentes, fratres, filios etiã oderint, nõ tantũ amicos & familiares. Atque hæc nõ solas puellas velim de se dictum extimare, sed coniugatas quoque & viduas, omnes in summa fœminas. Iã vertat se ad se, ipsa fœmina, & suũ scelus cõsyderet, ipsa semet uet, atque exhorrebit, nec noctibus, nec diebus quiescet, exagitata semper conscientiæ flagello, & incensa velut facibus ardẽtibus, a nemine intentius conspicietur, quin eũ aliquid de suo facinore scire vereatur, eique tunc venire in mentem nemo summissius loqtur, quin de suo scelere loqui illũ putet. nõ audiet sermonẽ de nefarijs fœminis, quin propter se suspicetur dici. nõ audiet nomẽ corruptoris, etiam in quouis alio nominari, quin oblique se peti metuat. Nullus strepet occulte domi, quin palam factum scelus suum paueat. & se iamiã punitũ iri, quæ regna velles hoc perpetuo cruciatu

empta

empta, quę multi putant nō aliū apud inferos futurū. Eunde & viri conscelerati patiunt, sed fœminę longe acerbius, quo fœdiora sunt oibus eorū crimina, & natura meticulosior. Et nimirū si quis accuratius expendat, dignæ sunt tum ijs malis, tū etiā peioribus fœminæ, quæ parū diligenter pudicitiā custodiūt. Nā viro multa sunt necessaria prudentia, eloquentia, peritia reip. ingeniū, memoria, ars aliqua vitæ, iusticia, liberalitas, magnanimitas, & alia, quæ longū esset persequi. Horū aliquid si absit, minus videtur culpandū, si modo adsint nonnulla. At in muliere nemo vel eloquentiā requirit, vel ingeniū, vel prudentiā, vel artes vitæ, vel administrationē reip. vel iusticiā, vel liberalitatē. Nemo denique quicq̄ aliud præter pudicitiā, quæ sola si desyderet, perinde est, ac si viro desint oia. quippe in fœmina pudicitia est instar omniū, ignauus & iners custos est, qui vnicā rem commissam, & fidei suæ creditā, multisque commendatā verbis, nequit custodire, præsertim vbi nemo extorturus est inuito, ac ne nolenti quidē tacturus. quod vnū fœmina si cogitarit, attentior erit & cautior custos suæ pudicitiæ, qua vna, vt salua cætera oia ipsi in tuto sint, ita perdita, vniuersa semel cū ea perdunt. quid enī salui est mulieri, amissa pudicitia, inquit, Lucretia? & tn̄ huic animus castus erat in corpore inquinato. Idcirco condito in viscera sua ferro, vt Quintilianus inquit, in milite Mariano, pœnā necessitatis exegit, vt q̄primū pudicus animus a polluto corpore separaretur. Nō quod factū imitandū proponā, sed animū, vt nihil restare mulieri credas, quę pudicitiam abiecit. Adimas fœminæ formā, adimas genus, opes, venustatē, eloquentiā, acumen ingenij, peritiā suarū artiū, addas tn̄ castitatē, omnia dedisti, contra des illa omnia, & dicas impudicā, hoc vno verbo detraxisti omnia, nudā reliquisti, ac fœdā. Sunt & alia, tum ex corpore, tū etiā ex animo, quæ ad curā pudicitiæ fœminas adiuuent, de quibus nunc loquar.

DE CVRA CORPORIS IN VIRGINE.

Quanq̄

QVanquã nõ erat propositi huius, de corpore loqui, Quia quædam tamen quæ in animo sunt, ex habitu & ratione corporis, interdum si nõ reguntur, certe afficiuntur. idcirco de corporis virginei cura nõnulla erũt dicenda. Primũ oĩm illud parentibus præcipiendum duco ꝗ & Aristoteles in historia animalium, vti filias ineunte pubertate maxime custodiant, arceantq; ab omni cõgressu virorum. eo tẽpore proniores esse in libidinẽ. ipsæ quoq; puellæ, quũ omni alio tempore, tum hoc in primis, ab oĩ occasione turpiũ, seu videndi seu audiendi, seu etiam cogitandi, debent se submouere. in quod reliquo nihilominus tẽpore dabunt operã. & ante coniugiũ crebriora ieiunia proderũt quæ non debilitent quidem corpus, sed refrenent, & cõprimant. restringuantq; iuuentutis incendia. nam hęc demum sunt vera, & sancta ieiunia. Cibus sit facilis & parabilis, nec ex se calidus, nec aromatis conditus, nec exquisitus. cogitãdumq; & primam illam matrẽ propter cibum eiectam ex paradiso. & multas iuuenes delicatis cibis assuefactas, quũ illos domi non haberent, foris cũ naufragio pudicitiæ quęsijsse. Potus erit ille a natura paratus liquida & pura aqua. Vini vsus (inquit Valerius Maximus) olim Romanis fœminis ignotus fuit. ne in aliquod dedecus prolaberentur. quia proximus a Libero patre intemperantiæ gradus ad in concessam venerẽ esse consueuit. Aquam vero si non feret stomachus, dandum erit paulum ceruisiæ, aut vini, quantũ sat erit ad cõcoquendũ cibũ, nõ ad corpus inflãmandũ. Nec id solum ad mores, & corporis lasciuiã, petulantiamq; cohercendam facit, sed ad firmiorẽ quoq; valetudinẽ. Apud Hieronymũ ad Furiam, sic legimus, Aiunt medici, & qui humanorũ corporũ scripsere naturas, præcipueq; Galenus in libris περὶ ὑγιεινῶν, puerorũ, & iuuenũ, ac perfectæ ætatis virorum, mulierumq; corpora insito calore feruere. & noxios illis esse cibos ætatibus, qui calorẽ augeant. sanitatiq; conducere, frigida quæq; in esu & potu sumere, sicut econ-

 trario

trario senibus, q pituita laborant, & frigore, calidos cibos, et vetera vina, pdesse. Vnde et Saluator, attēdite, inquit, vobis ne forte grauent̄ corda vr̄a in crapula & ebrietate, et curis huius vitę. & Apl'us vinū in q̄ est luxuria. nec mirū hoc figulū sensisse de vasculo, qd' ipse fabricatus est. quū etiam Comicus, cuius finis est humanos mores nosse, atq; describere, dixerit, sine Cerere, & Libero friget Venus. Primum igit̄, si stomachi firmitas patit̄, donec puellares annos trāseas, aquā in potu sume. q̄ natura frigidissima est. aut si hoc imbecillitas, phibet, audi, cū Thimotheo vino modico vtere, ppter stomachū, et frequētes tuas infirmitates. Deiñ in ipsis cibis calida queq; deuita. Nō solū de carnibus loquor super qbus vas electiōis, pfert sententiā, Bonū est vinū nō bibere & carnē nō māducare, sed etiā in ipsis leguminibus, inflantia q̄q;, & grauia declināda sunt. & paulo añ. Quid ergo necesse est nos iactare pudicitiā, q̄ sine comitibus, & appēdicis suis, cōtinētia, & parcitate, fidē sui facere nō potest? Apostolus macerat corpus suū, & aīæ subijcit imperio. ne qd' alijs pręcipit, ipse nō seruet. Et adulescētula feruēte cibis corpore; de castitate secura est? Neq; vo hęc dicēs, condēno cibos, q̄s deus creauit ad vtēdū cū gratiarū actiōe. sed Iuuenibus, et puellis incētiua aufero voluptatū. Nō Aetnęi ignes nō Vulcania tellus, nō Vęseuus, & Olympus, tātis ardoribus æstuāt, vt iuueniles medullę, vino plenę, & dapibus inflāmatæ. hæc oīa ex Diuo Hierony. quæ adduxi vt sciretur qd magister ille cōtinētiæ præciperet. q etiā ad Saluinā scribens, mauult valetudinē corporis, q̄ animi periclitari, dicēs multo melius est stomachū dolere, q̄ mentē. imperare corpori q̄ seruire. gressu vacillare, q̄ pudicitia. Vir sanctissimus Gregorius Nazianzenus Hieronymi magister, virginē suam pane vult famem placare, & sitim aqua. Hiliario monachus, quū in eremo etiā tenuissimo victu vix se sustentās, titillari se tamē nōnunq̄ libidine sentiret, ieiunijs corpus suū macerabat, dicēs, domabo te cōcupiscentia, vt de cibo cogites,

gites, nõ de voluptate, & hæc quidẽ dicũt discipuli Christi socij Pauli, dediti sobriæ & castę religioni, quippe qui sciũt sanctorũ hoĩm alimenta, etiã diuinitus missa, exigua & simplicia fuisse, quę satisfacerẽt naturę, sine voluptate. Heliseus se, ac filios prophetarũ, agrestibus alebat oleribus. & amarum cibũ dulcorari farina iubet, nõ saccaro. Idem milites, quibus in Samaria luminũ vsum ademerat, suscipi iubet, cõuiuio panis & aquæ. Ioannes Baptista, destinatus Christi metator, & instantis lucis pręco, locustis, & agresti melle in solitudine sustentatũ. Habacuch, angeli iussu, cibũ messorum Danieli fert in Babiloniã. Heliæ, subcinericius panis, & aquæ poculũ ad refectionẽ e cœlo missum est. ceu vero nõ perdices, & capi, & phasiani, & martij panes mitti e cœlo possent, æque ac panis: facile. Nimirũ hmõi nutrimento sancti egent, quod aĩm contineat in corpore, nõ submergat. Quid philosophi? quid sapiẽtię mundi magistri? modicũ cibum, & facilẽ, & parabilẽ prędicãt oẽs, vt sobria sit mẽs, et cõtinens corpus. Socrates phiæ parẽs, tenuitate victus assecutus est, vt nũq̃ graui aliquo, et pernicioso attingeretur morbo. Senecã Stoicũ, scribit Tacitus, in summis opibus, tñ agrestibus pomis, & aqua, naturę satisfecisse. Hinc corpore ad eũ modũ tenuato fuisse, vt apertæ venæ sanguinẽ pene nullũ stillarẽt. Qualẽ victus rationẽ in Xenocrate putamus fuisse? cui cũ clãculũ esset in eius grabbatũ formosiss. scortũ a discipulis subditũ, multũ ab eo cõtrectatus, & varijs mõis ad libidinẽ impetitus cõmotus tñ nõ est. Plato in suis legibus, vini vsum adolescẽtibus detrahit. Cicero in offici. totũ victũ, cultũq; corporis, ad valetudinẽ & vires, nõ ad voluptatẽ referẽdũ cẽset. Atq; etiã, inquit, si cõsiderare volumus q̃ sit in natura hoĩs excellentia, & dignitas, intelligemus q̃ turpe sit, diffluere luxuria, et delicate, ac molliter viuere. q̃q̃ honestũ, cõtinenter, parce, seuere, sobrie. Hoc Cicero. Ouidius amoris dans remedia, eũ, q̃ caste victurus sit, tẽperantẽ q̃q; esse monet, eiq; cibos illos reijciẽdos, q̃ veneri corpora

nostra parant. vnumq; in primis vitandũ. illos mensis inserendos, qui Veneri corpora nostra negãt. Quũ de cibis dixi calidis, idem de omni exercitio intelligendũ censeo, quo corpus incalescit. quin etiã de vnguẽtis, de aromatis, de cõfabulationibus, ac virorũ aspectu. hæc oĩa noxia sunt castitati. quippe incendũt ardore turpi, & pernicioso. Lectus erit non perinde mollis, vt mundus. quod etiã in vestibus præcipiendũ est. ne sint delicatæ nimiũ, sed sine sordibus, sine labe. nescio quemadmodũ mundicies animi, etiã corporis gaudet mundicie. & contra, mollis delicatusq; animus, sericis & byssinis vestibus delectatur. & oĩa nisi sint talia, aspera putat, ac dura. Gregorius Nazianzenus, aurum, serica margarita, virginibus suis aufert. Q̃ stulti sumus, si credimus verba illa Seruatoris Christi, ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regũ sunt, id significare, vt qui in comitatu Christianorũ regum, vitam agunt, mollibus induãtur. non nouit Christi religio aulas, neq; reges, in qua illud audimus, reges gentiũ dominantur eis, & qui potestatem habent in eas, benefici vocãtur. vos aũt non sic. sed maximus vestrum, fiat sicut minimus. & ductator, velut ministrans. Sancta est et seuera Christiana pietas. & vt iugũ eius animabus facile, dulce, suaue, & in quo est eis requies, ita graue, ac molestũ est corporis voluptatibus. Sõnus sit in virgine non longus, nec minor tamen q̃ pro valetudine. cui nos ita prospicimus, vt melius valeant, quæ hãc nostrã frugalitatẽ sequũtur, q̃ quæ delicias. quibus deditas marcescere, ac videmus pallere. His omnibus addendum est negocium aliquod, & occupatio digna virgine cuiusmodi aliquot recẽsui. nũq̃ enĩ facilius subrepit astus diabolicus, q̃ in ocio. nec alias prõptius exercet artes suas Venus, nõ in fœminã mõ, sed in constantiore, ac fortiore animante, viro. Artifex ille tractãdorũ amorum Ouidius, Aegisthum ea sola causa animum ad Clythẽnestram Agomemnonis coniugem corrũpendam ipsumq; Agomemnonẽ occidendũ adiecisse diffinit, q̃

nit, q̃ qđ desidiosus esset. Hinc inter amoris remedia, illđ est de precipuis, ne nos cupidinis sagitta ociosos deprehēdat Ocia si tollas (inquit) periere cupidinis arcus,
Extinctæq; iacent, & sine luce faces,
Diuus Hieronymus, Dimetriadi vitandũ ocium suadet. id circo vbi perfuncta sit precibus, lanã tractare iubet, & telã parare, vt hac vicissitudine operũ, dies longi nunq̃ videantur. nec ideo non cessandum vult, q̄ illa egeret. quum esset fœmina inter primarias Romanas locupletissima. sed vt per occasionem operis nihil aliud cogitaret, q̃ quæ ad obsequium dñi pertinent. quem locũ sic claudit. Simpliciter loquar, q̃uis oẽm censum tuum in pauperes distribuas, nihil apud Christũ erit preciosius, nisi quod ipsa manibus tuis confeceris, vel in vsus proprios, vel in exemplum virginum cæterarum, vel quod Auiæ Matriq; offeras. Sic ille. Profecto ita est. Ociosa, vel etiã (si dijs placet) lusibus, voluptatibusq; ætatem transigens, indigna est cibo suo, in ecclesia Christiana. in qua Paulus, maximus Christi preco, clamat, ac velut legem pronunciat, qui non laborat, non edat, cõmunis est illa pœna generis humani, adeo pro prima illa noxia hoĩm generi inflicta, per sudorem vultus tui vesceris pane tuo. Haud dubie istos, qui huic generali pœnæ subditi non sunt, quũ non minus q̃ alij peccarint, alia manet vel grauior, vel certe non leuior. Quũ continendos vel opere, vel sanctis, & cogitationibus, & cõfabulationibus mulieres aĩos iusserim, ne in flagitia ociosi prolabantur. quo existimabimus illos ferri, q̃ chartis, aut taxillis lusitãt? quod exercitiũ in viro quum sit fœdum; in fœmina detestãdum est quid discere? qđ cogitare poterit fœmina aleam ludẽs? necesse est soluat aĩm, & in auaritiã rapiatur, suapte nutu illuc propensum. tum in periuriũ, numi causa. hinc si viri adsint, multa audiat fœmineis auribus indecora, q̃ turpe visu est, fœminã pro calatho, alueolum tractare. pro fuso, talum rotare. pro radio taxillum iacere. pro globulis, aut libro ora
 torio

torio. lusorias chartas euoluere. nemo paulo cordatior non eam ociosam videre malit, q̃ sic occupatam: nec est qui non & illã quæ didicit, & eum qui illam talia docuit, & eos qui permiserunt, detestetur.

DE ORNAMENTIS.

Videtur ad eundẽ locum spectare, & de cęteris corporis ornamẽtis disserere. dicã principio de fuco. Equidem audire peruelim, quid spectat virgo, quũ cerusa & purpurisso se illiuit? Si placere sibi, vana est. si Christo demens. si viris, scelesta. Vnicũ habes spõsum, ei vt placeas, animam orna virtutibus. & formosiss. te deosculabitur. At sponsum queris virũ, & ei cõciliari studes fuco. primũ docebo q̃ stulte, deinde q̃ impie, perinde mihi videtur esse, si velis ad te fuco pellicere virum aliquẽ, ac persona, quẽ tantum auertes renudata, quantũ attraxisti tecta. Misera, si solo fuco ducitur ad te maritus, quando sine fuco eris, quõ placebis? nisi forte nunq̃ crustã illam elutura es. & sic ibis cubitũ incrustata. sic surges. sic domi eris. sic in publico. Quid qꝫ (vt de te taceam) cui potest nõ esse molestissima fuci cura vt semper sit integer? q̃ alijs ad risum expositum est, si quid vel aquæ casu, vel sudore, vel ęstu de cerusa aut purpurisso liquefactũ est & aliquid ostendit cutis natiuę? nihil potest esse in forma visu fœdius. Iam quis vnq̃ pulchras existimet quas sciat pigmẽtis illitas? etiã formosæ speciei honorẽ, & laudem amittũt, quũ cernuntur pictæ. oĩs em̃ decor & grã fuco attribuitur. quid, qꝫ & tenera cutis citius rugatur, & totus faciei habitus in senilẽ deformat̃ modum. & spiritus fœtet. & scabrescunt dentes. & toto corpore teter halitus spiratur? tum ex cerusa, & argento viuo, tum vel maxime ex sapunculis & smegmatis, quis cutem velut tabellam in postridianam picturam parant, vt non sint immerito hæc ab Ouidio venena dicta.

Iuuenalis argute qui quærit

An quæ mutatis inducitur atqꝫ fouetur

Tot medicaminibus, coctæq; siliginis offas
Accipit, & madidæ, facies dicetur, an vlcus?
Quæ oĩa possem fusius persequi ni ea natus vrbe, cuius fœminæ hac de re apud alias gentes male audiunt. & mea sñia merito, libet charissimam mihi patriã reprehendere, vt qđ reprehendendum est, pudefacta vitet. Deinde, si aliter nuptura nõ es, nisi fucata, satius est nunquã nubere, q̃ offenso Christo nubere. & viro dementi nubere. cui plus placitura est cerusa, q̃ tu ipsa Quid enĩ de eiusmodi viro sperare potes, cui plus arridet alba crustula, q̃ proba fœmina? Dedit tibi deus humanã faciem, ad imaginẽ filij sui, nec nudã dedit, nam inspirauit in eã spiraculũ vitę, vt imago vitę illius, rerũ oĩm in ea reluceat, quid eã tu mihi sordibus obruis et cœno Si Apostolus Paulus virũ velare caput suũ prohibet, quia imago dei est, quid eum dicturũ censes de imagine dei, in facie muliebri luto illo confœdata? Hieronymus aduersus Heluidiũ, ne quis putet iocos, aut lusus esse, sic scribit. Hęc ad speculũ pingitur, & in cõtumeliã artificis, conatur pulchior esse, q̃ nata est. & ad Furiã, qđ facit in facie Christiana purpurissus & cerusa? quorũ alterũ ruborẽ gẽmarũ labiorũ q; mentitur, alterũ candorẽ oris & colli. ignis iuuenum, fomenta libidinũ, impudicę mẽtis indicia, Quõ flere potest p pctis suis, q̃ lachrymis cutẽ nudat, et sulcos ducit in facie? ornatns iste nõ dñi est velamẽ. Istud Antichristi est, Qua fiducia erigit ad cœlũ vultus, quos cõditor nõ agnoscit? Tm Hierony. Audi nũc sanctiss. martyrẽ Cyprianũ. Ornamentorũ ac vestiũ insignia, & lenocinia fucorũ, nõ nisi pstitutis & impudicis fœminis cõgruunt. & nullarũ fere preciosior cultus est, q̃ quarũ pudor vilis est. Sic in scripturis sanctis quibus nos instrui dñs voluit, et moneri, describit Ciuitas meretrix cõpta pulchrius & ornata. & cũ ornamẽtis suis ac ppter ipsa pot ius ornamẽta peritura. Nũc quãta ignorãtia vi est, quãta aĩ demẽtia, id velle, qđ & nouerit sp, & noceat et putare q; inde ipsa nõ pereas, vñ alios perijsse cognoscas
Neq;

Neq; enim deus purpureas aut coccinas oues fecit aut herbarum succis, aut conchilijs tingere & colorare lanas docuit. Nec distinctis auro lapillis, & margaritis contexta serica, & numerosa compage digestis monilia instituit. qbus ceruicē, quā fecit, abscōderet, vt operiatur illud, quod deus in homine formauit, & conspiciatur desuper id, quod diabolus adinuenit, an vulnera inferri auribus deus voluit? qbus innocēs adhuc infantia, & mali secularis ignara crucietur? vt postea de aurium cicatricibus, & cauernis preciosa grana dependeant? & si non suo pondere, mercium quātitate. Quę omnia peccatores & apostatę angeli suis artibus prodiderunt. quando ad terrena contagia deuoluti, a coelesti vigore recesserunt. Illi & ad oculos circunducto nigrore fucare, & genas mēdacio ruboris inficere. & mutare adulterinis coloribus crinem, & expugnare oēm oris, & capitis veritatē corruptelæ suæ impugnatione docuerunt. Et quidem isto in loco pro timore, quē nobis fides suggerit, pro dilectione, quā fraternitas exigit, non virgines tantum aut viduas, sed & nuptas puto, et omnes omnino foeminas amouendas, quod opus dei, & factura eius, & plastica adulterari nullo modo debeat, adhibito flauo colore, vel nigro puluere, vel rubore, aut quolibet deniq; liniamenta natiua corrumpente medicamine. Dicit deus, Faciamus hoiem ad imaginē & similitudinē nostram. Et audet quisq; mutare & conuertere quod deus fecit? Manus deo inserunt, qū illud, quod ille formauit, reformare, & transfigurare cōtendunt. nescientes quia opus dei est, omne quod nascitur, diaboli, quodcūq; mutatur. Siquis pingendi artifex, vultū alicuius, & speciē, & corporis qualitatē, æmulo colore signasset, & signato iam, consummatoq; simulachro, manus alius afferret, vt iam formata, iam picta, quasi peritior reformaret, grauis prioris artificis iniuria, & iusta indignatio videretur. Tu te existimas impune laturā, tam improbæ temeritatis audaciam, dei artificis offensam? Vt enim impudica

circa

circa homines,& incesta fucis lenocinantibus nō sis, corruptis, violatisq; quæ dei sūnt, peior adultera detineris. Q ornari te putas, q putas comi, impugnatio est ista diuini operis, præuaricatio est veritatis. Dn̄s tuus dicit, Nō potes facere capillū vnū albū, aut nigrū, & tu ad vincendā dn̄i tui vocē vis te esse potiorē? Audaci conatu, & sacrilego contemptu, crines tuos inficis, malo præsagio futurorū. capillos iam tibi flammeos auspicaris, & peccas proh nefas capite, id est corporis parte meliore. Hæc Cyprianus. Pudet post christianorum præcepta, aliquid ex gentibus afferre. Vnicū tantū addā, hominis prudentissimi Lycurgi Lacedæmoniorū legislatoris, qui quū ex virtutibus spectandas foeminas suas, nō ex cultu, ornatuq; censuisset, fucū omnē muliebrē ciuitate sua legibus expulit, oībusq;, comendi, & ornandi corporis artificibus, Sparta interdixit, tanq̄ corruptoribus virtutis, & bonarū artiū. Dn̄s per Osee prophetā significat, mulierē quæ a se ad mœchos suos conuersa esset, inauribus, & monilibus se ornasse, vt illos sequeretur, nō deū suū. Deo si te paras, ac bonis hoībus, satis pulchra es, quū bona. diabolo & malis hoībus, nō placebis, nisi & naturali pulchritudini multū detrahas. Quid faciūt auriculæ perforatę quas integra chartilagine natura produxit? quid ni etiā perfores nares luxuria? sed hoc apud quasdam barbaras gentes fit. quid ni vel digitos, vel labia? quid prodest tantū auri pondus? vt etiā congestū videri possit ad ostendendas vires? An melior crederis, an formosior, an prudentior tanto metallo onerata? Nihil tale. Quid igitur? dic ipsa? Ditior videbor. O vanitas animi. Hæc cogitatio est, hæc vox pectoris christiani? Inutili auro collū tuū premit, quū tot circa te esurientibus num mulū neges. spolias vicinos ac forte etiā familiā, liberos, & coniugem tuū. vt in te auri & gemmarū radij, spectantium oculos præstringant. Hæc est charitas christiana? hoc in baptismo conceptis iurasti verbis? renunciare te Sathanæ ac pompis eius? at quid nō pom

parū Sathanæ tenacius, copiosiusq; retines, q̄ gentiles ipsę? Totā te specta, & Sathanæ satellitē agnosces. Tu domi exquisitissimis ad saturitatē vtēs cibis, ructās capos, perdices, phasianos, delicatas placentulas, pulmenta, condimenta, offulas, oīa magno conquisita, inter tot enectos fame: tu in lusibus ac voluptatibus inter tot sudores & ærumnas vicinorū: tu in publico, serico & bysso amicta, inter tot nudos: tu auro, tu argento, tu gemmis conspicienda, inter tot mendicos? An sic Christi pauperis discipula es? & nō potius diuitis Plutonis? Nolo te nudā esse, sed nec vestibus tectam in ostentationē & superbiā paratis. Imitare cuius gaudes nomine cognominari Christū, imitare tenuē & frugalē eius Matrē, quā nūc Dominā homines colūt, Inferi tremūt, Superi reuerenī, cuius vt exterior vestis, ex vulgari, & parabili erat panno, ita interior ille vestitus, deauratus, auro, & gemmis distinctus, & intertextus. Nō potes vtrinq; esse aurea. elige vtrū mauis, corpus an animū aureū? Nō queo singula argumenti huius persequi. De odoribus tñ dicam, Nō probat Christianus animus immundiciē, nō fetorem, nā & Maria illa, vnguentū super caput Dñi effudit, nardi fidelis præciosæ, quo odore domus tota repleta est, nec id fuit Christo ingratū, sed odores istos tam immodicos, fomenta istius corporis, cui quo magis indulgetur, eo se in animū erigit insolentius, & vniuersi homines tyrannidē poscit, trahitq; ad imas cupiditates oīa, vbi sedes suarū deliciarū. Hieronymi dictū est, ad Demetriadē virginē. Cincinnatulos pueros, & calamistratos, & peregrini muris olentes pelliculas, de quibus illud Arbitri est,

Non bene olet qui bene semper olet.

Quasi quasdā pestes, & venena pudicitiæ virgo deuitet. Similis est apud Martialē versiculus. Malo q̄ bñ olere, nil olere. Plautus mulierē recte olere ait, vbi nihil olet. Respondebit forsan aliqua fastidiosula, & quæ argutijs ingenij, nomen prudentiæ pararit, dandū est aliquid generi, nobilitati, opi-

bus. Quæ nã tu es, quę ista dicis? Christiana ne an gentilis? si gentilis, tecũ nõ disputo. si Christiana, scito superbissima fœmina, nõ nosse Christũ ista discrimina. Superbię sunt hęc diabolicæ, nõ modestiæ animi christiani. vides? nõ ornamẽta esse ista corporis aut naturæ, sed fomenta superbiæ tuæ? Antiquũ dictũ est, idẽ verissimũ. Nullũ esse animal, ornata muliere superbius. Dandũ (inquis) est aliquid receptis moribus, dandũ consuetudini. Quæro, consuetudini quorũ? si sapientũ & bonorũ hoĩm, fateor. si stultorũ, cur aliquid concedẽdũ est? nisi ab stultis? Quid, q(vt docte Quintilianus ait) consensus bonorũ ea sola dici debet consuetudo vitæ? Est inducta mala consuetudo, Esto tu princeps eius abolẽdæ, & ea penes te gloria erit. sequentĩ & aliæ tuũ exemplũ, ac vt a malis confirmatus est mos prauus, sic a bonis extirpabitũ, & inuehetĩ bonus. Q; si semp moribus parendũ est, nunq̃ in melius pficiẽt sæcula, semper in peius. cũ inuenire pessimũ licebit morẽ, auferre nõ licebit. Age quorũ est iste mos, quẽ iactas, aut vñ acceptus? A gẽtilibus fœminis, Cur nõ etiã gentilitatẽ cũ eo more retinemus? aut si christianũ placet nomen, quin & mores quoq; huic nomini congrui. Illa gentilis est, & ea facit, quæ Deũ non nouit, nec temperantiã vitæ, Tu quæ Deũ nosti, & in eo abluta es, quid plus q̃ illa præstas? quid illud est, quod renunciare te Sathanæ, & oĩbus eius pompis dixisti? si non æquas modo pompa gentilẽ, sed superas? Quid dicã imitari te gentiles. nõ illas sanctiores, & seueriores, antiquas? sed has iuniores, leues, luxu defluentes, flagitijs & sceleribus obrutas. nõ Lacęnas illas priscas, honestissimas? quarũ Reginæ Lysandri coniugi, eiusq; Filiabus, quum Dionysius Siracusanus rex stolas preciosissimas misisset, illæ responderũt, hę dedecori nobis erũt, potius q̃ decori. nõ veteres Romanas, qbus quũ Pyrrhus Epirotarũ Rex, p legatũ Cyneã aurũ, argentũ, byssina, & serica amicula donaret, nulla inuenta est, tã vel cultus studiosa, vel auida, vel pdita mente, quæ accipiet. Q. Claudia

virgo vestalis, dubiæ pudicitiæ fama laborauit, quod exquisitius & accuratius cultu corporis vteretur. Lex fuit secũdo bello punico Romæ Oppia, ne qua mulier auri plus semũcia haberet, neu versicolori veste vteretur. quæ durauit, quoad Asiana luxuria ciuitatem inuasit. tunc mulieres tanquam furibundæ in publicum proruerunt, licetiam sibi cuiusuis ornatus flagitantes. ne hoc fieret vir grauissimus. M. Cato consul dissuasit, oratione sapientiæ plæna. suaserũt duo Tribuni plæbis, quorum oratio scripta est, apud Liuium, diluta & inepta. peruicerunt tamen importunitate, & pertinacia sua mulieres, vt superbiæ suæ freni laxarentur, liceretque, quantum liberet. vnde quæ mala ventura essent, prædixit Cato, vt alijs multis suis dictis, ita & hoc verissimus vates. Nam quis queat dicere, quanta sit pudicitiæ iactura, propter hanc cultus contentionem? quum vnamquamque ornatu a socia vinci pudet, & quum cõpositę & instructæ sunt, tũc prodire, tunc ostentare sese, & inter viros esse gestiunt, ibi naufragium pudicitiæ. Egyptias mulieres (inquit Plutarchus) calceis vti patrius mos non fuit, vt domi continerentur. sic fœminæ si serica, byssina, aurea, argentea, gẽmas, lapillos, adimas, facilius domi teneas clausam. Apud eũdem grauissimum authorem duæ sunt, Sophoclis tragici, & Cratis philosophi de ornatu sentẽtię. Ille, de diuite cultu inquit, non hic est ornatus o misera, sed dedecus videbitur, & manifestum insaniæ tuæ argumentum. Crates ait ornatũ esse, quod ornat. ornat autem, quo mulier honestior fit, talẽ non reddit aurum, aut smaragdus, aut purpura, sed quæcũque indicia sunt grauitatis, moderationis, pudoris. Democrates mulieris ornatum, sermonis & ornatus parsimoniam diffinit, cuius etiam est Sophocles sententiæ. Apud Græcos vulgare illud erat, & prouerbij forma. ornamentum mulieris non aurum esse, sed mores. Aristoteles philosophus ingeniosissimus, mulieres iubet sumptu, vestitu, & apparatu minore vti, quam legibus permissum sit. considerare precipiẽs

non

non vestimentorũ nitorẽ, nec excellentiæ formã, nec auri copiam tantũ valere ad mulieris laudẽ, quantũ modestiam in rebus, ac studiũ honeste ac decore viuendi, idem reliqui sapientes gentiliũ censent, vt erubescat fœmina christiana gentiles sequi, non eos graues, & sapientes viros, non probas, & honestas fœminas, sed stultorũ errorẽ, & insanarũ exemplũ. Et profiteor me expedire nõ posse, quẽ saltem dictu honestũ possunt ornatui suo prętextũ mulieres obtendere, nisi solum vt videantur formosiores, vt magis illiciãt viros, hoc etiã gentiles puderet. loquar cum christianis, vt virorũ animas facilius & arctius illaqueent. Tu ergo simul superbiæ tuę seruis, & diaboli retia in tuo corpore ad inspectantiũ animas capiendas extendis, O nõ fœminã christianã, sed diaboli ministram, & satellitẽ. pronũciabitur tibi indignãtis Domini super te atrox cõminatio. Per Esaiã enim sic deus loquitur. Pro eo ꝙ eleuatę sunt filiæ Sion, & ambulauerũt extento collo, & nutibus oculorũ ibant, & plaudebant, & ambulabãt, & pedibus suis cõposito gradu incedebant, decaluabit Dñs verticẽ filiarũ Sion, & crinẽ earũ nudabit, & pro ornamento erit ignominia. In die illa auferet Dñs ornamentũ calciamentorũ, & lunulas, & torques, & monilia, & armillas, & mitras, & discriminalia, & periscedidas, & murenulas, & olfactoriola, & inaures, & annulos, et gẽmas in fronte pendẽtes, & mutatoria, & pallia, & lintea mina, & acus, & specula, & sindones, & vittas, et theristra & erit pro suaui odore fœtor, & pro zona funiculus, & ꝓ crispanti crine caluitiũ, & pro fascia pectorali ciliciũ. Hæc Dñs de fœminis. De viris quoqꝫ propter easdẽ, qui vilitate rerũ capti sunt. Pulcherrimi quoqꝫ viri tui gladio cadent & fortes tui in prælio, & mœrebũt, atqꝫ lugebũt portę eius & ipsa vrbs desolata in terra sedebit. Hæc dñs deus terribilis, quũ irascitur. Cuius sanctus martyr Cyprianus sic inqt. Sed sunt aliquæ diuites, & facultatũ vbertate locupletes, q̃ opes suas præferãt, & se bonis suis vti debere contendant.

Sciant primo illam diuitem esse, quæ in Deo diues est, illã esse locupletẽ, quæ locuples in Christo est. Bona illa esse, q̃ sunt spiritalia, diuina, cœlestia, quæ nobiscũ apud Deũ perpetua possessione permaneãt. Cæterũ si tu te sumptuosius comas, & per publicũ notabiliter incedas, oculos in te iuuentutis illicias, suspiria adolescentũ post te trahas, concupiscẽdi libidinẽ nutrias, peccãdi fomẽta succẽdas, vt si ipsa nõ pereas, alios tamẽ perdas, & vel ut gladiũ te, & venenũ vidẽtibus præbeas, excusari nõ potes, quasi mẽte casta sis, & pudica, redarguit te cultus improbus, & impudicus ornatus, nec cõputari iã potes inter puellas & virgines Christi, quę sic viuis vt possis adamari. Locupletẽ te dicis, & virginẽ, sed iactare diuitias suas virginẽ non decet, quũ dicat scriptura diuina. Quid nobis profuit superbia? aut quid diuitiarũ iactatio contulit nobis? transierunt illa omnia tanq̃ vmbra. Locupletẽ te esse dicis, & diuitẽ, & vtendũ putas ijs, quæ possidere te Deus voluit, vtere, sed ad res salutares vtere, sed ad bonas artes, vtere ad illa, q̃ Deus precipit, quę Dñs ostendit, diuitẽ te sentiant pauperes, locupletẽ te sentiant indigẽtes. patrimonia tua Deo fœnera, Christũ ciba. Hæc martyr. Quæ quanto est satius fœminã christianã, & scire, & facere, q̃ quæ gentiles, vt has quoq; philosophis suis audientes dictis esse par est, nõ facta dementiũ imitanda nõ stultorũ iudicijs, sententijsq; assentiendũ, nisi dementer etiã, insaneq;, transigere vitã instituimus. Quid ergo, dicet aliquis, sordidas tu, & squalentes, iubes esse fœminas? ego vero tales esse nolo, nec tam sordida est mea disciplina, nec mihi vnq̃ immũdicies placuit. At quales futuras esse oporteat, Petrus & Paulus ecclesiæ columina, duobus breuissimis preceptis statuũt. Petrus (inquit) Mulierũ ne sit exterior, vel capillis cõplicatis, vel circũiectiõe auri, aut indumẽtorũ amictu ornatus. Cæterũ mens & cõscientia, quæ separata est ab spectãtiũ oculis, si incorrupta sit, & placido quodã agatur spiritu, ac tranquillo, ea demum splendida res est

apud Dñm, & magnifica. Paulus ſic, mulieres in habitu or nato, cũ verecũdia & ſobrietate ornãtes ſe, & non intortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veſte præcioſa, ſed (qđ decet mulieres) promittẽtes pietatẽ per opera bona. Hæc Apłi quũ dicunt, nõ ſordidas, nõ ſqualẽtes, & obſcœnas iu bẽt eſſe mulieres, nõ illuuiæ, pannis, & ſitu, obtectas, ſed ab immodico dehortantur ornatu, ſimplicẽq; & parabilẽ ma lunt. Sũt ſuæ frugalitati mũdicię puriores multo, q̃ luxui, vt facilius eſt a ſordibus exiguũ vaſculũ defendere, q̃ amplã ſupellectilẽ. Nõ veſtietur ſerico, at laneo. non byſſino, at li neo vulgari. nõ ſplẽdebit veſtis, at nec ſordebit, non erit ad mirationi, at nec faſtidio. Auri, vel argẽti, aut margaritorũ, gẽmarũve, nõ video ad quid valeat vſus, niſi quorundã la pillorũ vires magis æſtimẽtur, q̃ oſtẽtatio, ſicut corallij, vel ſmaragdi (ſi modo tantillę rei vires illas natura indidit quas prædicãt) ſed quæ nã propter eas, lapillos quærit, & nõ po tius in vanitatẽ, vt ditior habeatur? At nõ fucabit faciẽ, ſed mũdabit, nõ illinet ſapunculo, ſed abluet aqua. capillos nõ inficiet, vt colorẽ mutet, ſed nec habebit impexos, nec fur furibus capitis horrẽtes, caputq; ipſum ſqualore purgabit, nõ oblectabitur delicatis odoribus, minus fœtore, ad ſpe culũ ſe intuebitur nõ vt accurate comat ſe, & pingat, verũ ne quid fœdũ, aut dedecens ſit in capite, quod cernere non poteſt, niſi per ſpeculũ, tum ibi ſe parabit, ne quid in vultu ſit, quod caſtam & modeſtam fœdet. Poſtremo, quod So crates diſcipulis ſuis præcipiebat, putabit & ſibi dictũ eſſe, vt ſe in ſpeculo ſpectarẽt, ſi formoſi eſſent, curarẽt ne defor mẽ haberent animũ, ſi deformes, pulchritudine animi cor poris deformitatem compenſarent. Inter hæc omnia pu dicæ animo ſemper obuerſabitur, pulchritudinem & plæ raſq; poſſidentes in magnam arrogantiam, & plæroſq; ſpe ctantes in libidines adduxiſſe tetras, atque abominandas, quo factum eſt, vt Sanctæ complures fœminæ (quantum poterant) negligenda forma dederint operam, vt minus q̃

erant, speciosæ viderentur. Illud vero ne admonēdum quidē arbitror, mulierem virili veste non amiciendam. alioqui & audaciā virilē, & impudentiā fœmineo in corpore inesse indicabit. audiendusq; est Dn̄s his verbis in Deuteronomio loquēs. Nō induetur mulier veste virili, nec vir vtetur veste fœminea. abominabilis enim apud Deū est, qui facit hoc. sed id nulla tentat fœmina, nisi q̄ pudicitiā, simul cū pudore abiecit, & cui præcepta nr̄a, nec ꝓderūt, nec scribunt.

DE SOLITVDINE VIRGINIS.

SAncti authores, per sensus corporis, velut fenestras quasdā, mortē, aiunt, ad animū intrare, ni prudentia caueris, sollicitant, illiciunturq; delicijs mundi, vnde capta tenetur et anima. Idcirco Virgini rarus esse debet egressus in publicū, quū neq; negocij sit ei quicq̄ foris, & periculū præciosissimæ rei pudicitiæ. nec quū exibit, solum sit matri comes, sed etiā quū domi manet, quod matribus præcipiendū est. Hieronymus Lætæ consulit, vt itura ad suburbanū, filiā in vrbana domo ne relinquat. nesciat (inquit) sine te, nec possit viuere, ac quū sola fuerit pertimescat, quod sic volo intelligi, vt abducat secū filiā mater, si aliq̄diu moratura est, nā alioqui nihil necesse matri, semper comitē exire filiā, quoties domo prodit, præsertim si ipsa vel ad conuiuia, vel nuptias, vel virorū congressus, vel ad aliquē similem eat locū, siue ꝙ debet, siue vt marito gerat morē, quo virginē filiā ire nō decet, & sit domi mulier aliqua proba pudicitiæ custos, quippe nulla pestis maior est, neq; perniciosior, q̄ quę alitur domi, hanc quomodo aliter caueas, nisi expellas prorsum? quid prodest ab omni externa iniuria lignū defendere, si intus teredinē habet, qua exedat? Probissimā noui fœminā, quæ custodiæ puellarū commissa, filios cū puellis lasciuius lusitantes, ꝙ tenere nimis illos amaret, reprehendere & arcere ab iniuria castitatis nō sustinebat. quapropter prouidendū est, ne matrona cui puella credit̄, viros habeat, aut filios, aut fratres procatiores, vel quibus ipsa obsistere

non

nõ audeat, sit nõ casta modo, sed quæ se etiã vultu & grauitate, tũ prudentię, tũ morũ, tũ orationis, venerabilẽ & suspiciendã reddat. cuius oculos & superciliũ nedum vocẽ, oẽs timeant, etiã fratres natu maiores, ipsa in custodia stationis suæ nullũ timeat, vt sola præsentia sua tuta oĩa circũ pudicitiã præstet, illa vero eijcienda q̃ longissime, quæ exemplo suo ad lasciuiã & libidinẽ inuitet, nã quæ conducta ab amatore, verbis sollicitat & impellit, noĩe humano caret, nempe res diabolica, quã fugiet puella, non secus ac viperã, aut aspidẽ. quã oẽs ex ciuitate sic eijcere debet, tanq̃ communẽ oĩm perniciẽ. Dici nõ potest, quorũ sint eiusmodi mulieres malorũ causa, nõ ferat ergo puella, ne aspectũ quidẽ harũ, nã basilisci sunt, aut Catoblepæ, oculis venenũ inspirant, & vel solo intuitu perimunt, nec putet quis hyperbolice hoc a me dictũ, sunt nonnullæ tales artifices, vt oculis sæpe, sine verbis capiãt. aliæ etiã fascinis & incantationibus vtuntur, cuius rei non sunt rara exempla. Quid q? vel sola salutatione, aut etiã intuitu, maculã hic serpẽs aspergit puellę, quã spectarit: apud illos præsertim qui artẽ mulieris norũt, vt taceã quanta labes imprimatur domui, in quã aliquoties sit ingressa. Fugiendũ ergo ad matrẽ, velut Asylũ, & ei, quid nefaria tentarit, narrandũ. aut sic vitanda, & auersanda est, vt intuentibus significationẽ præbeas, te in ea pestem metuere, ita & tibi proderis facto, & alijs exemplo, quũ quid alijs puellis timendũ in ea sit ostendes. E rep. esset in tenues vetulas inquiri, vt censori morum ciuitatis constaret, vnde victũ parent. Iam de comitibus sic Hieronymus inquit, Nolo de ancillulis suis aliquã plus diligat, cuius crebro auribus insusurret. Quicquid vni loquetur, hoc omnes sciãt. Placeat ei comes non compta, neq; formosa, atq; lasciua, quæ liquido gutture carmen dulce moduletur. sed grauis, pallens, sordida, subtristis. Idem Demetriadi præcipit, in socijs puellis illud velim, ne qua vel cultu, vel verbis noceat lasciuis, nihil tibi sit rei cum puellis, quæ spectari, quæ

 amari

amari gaudent. quæ formosum illum, aut diuitem, aut nobilem gloriantur se habere amatorem, & ab eo scriptas literulas circumferunt. interim suis æqualibus ostentant, aut facta narrant, aut dicta referunt. hæc egit, hæc mihi dixit, sic me aggressus, sic me laudauit. Apage istas q̃ libet tibi sint vicinæ, q̃libet opulentæ, amicæ, affines, consanguineæ, ꝙ si sorores sint, hoc nega. morsæ sunt a diabolo cane rabido, & ipsæ in rabiem versæ sunt. vbi nullum tam charum nomen, vt ad commerciũ adducat. quin potius & a sorore soror, & a fratre frater, & a matre præfocatur filius. Oblectabit se igitur virgo mea cum delectis virginibus, sui similibus, interim lusibus honestis, ac liberalibus, interim sanctis lectionibus, aut confabulationibus, quas lectio suggeret, nulla de saltationibus, aut conuiuio, aut voluptatibus referat, ne sociæ falsa delectationis specie commoueantur, nemo intererit vir. Tum a socijs relicta sola in cubiculo suo non prorsus nihil aget, nam ociosam esse periculosum est, præsertim solam, nec cogitationibus animum, vt permittat, velim, quantumlibet honestis initio, & sanctis, lubricus est fœminæ animus, nec vno loco facile consistit. a rectis ad praua nullo negotio delaberetur, nec omnino sine causa videtur quibusdam dixisse Publius Syrus Mimographus. Mulier quum sola cogitat, male cogitat. Neq; vero Magdalena illa, quæ sedens iuxta pedes Domini audiebat verbum illius, contemplatione rerum cœlestiũ sola fruebatur, sed id faciebat, siue dum legit, siue dum audit, siue dum orat. sic & faciat mea non virgo solũ, sed quęuis fœmina, nã in multis huius libri locis, omnibus in vniuersum præcipimus fœminis. Legat igitur sola, vel oret, festo die, eadem agat profesto, aut operi manuũ intenta sit. Nõ dubiũ quin tale aliquid agentẽ reperit Mariã Angelus, q̃ turbata est, ꝙ viri faciẽ, quã videre eo loci nunq̃ consueuerat, tũc videret. ideo Alma dicit̃ ab hebræis, qđ virginẽ abscõditã sonat. Hęc est de q̃ dicit Esaias, Ecce virgo abscõdita cõcipiet, et

pariet

pariet Deũ et hominẽ, ea demũ virgo concipit Christũ, quã rari norũt, pręter Christũ. ita & domũ nemo admittet a virgine, nisi quẽ pater disertis verbis admitti iusserit. Ipsa matrẽ domesticis paulatim laboribus incipiet leuare, quã & patrẽ, rerũ oĩm post Deũ charissimos, existimabit. Hi si iubeant lanæ, aut lino, aut alicui manuũ operi filiã intentã esse, nõ modeste solũ, verũ alacriter etiã exequet. hoc diligentius & solertius, si aliqua victus pars eo labore ad parentes reditura est. tũ demũ felicissima erit, & cogitabit se gratiã, cui debet, referre, & illis alimenta reddere, a quibus acceperat. Quũ puellæ per negocia domestica soli esse licebit, ac orare. Primũ oĩm se totã Deo tradat, & dicet, veneret Christũ, eiusq; Matrẽ, & veniã pacemq; ab illis petat, tum consyderet se virginem esse christianã, Christi sponsam, Mariæ imitatricẽ, nihil esse virginitatẽ corporis, nisi pura sit mens, si hæc adsit, nihil esse mundius, nihil Deo gratius, se sectatricem sanctissimæ matris Domini, primũ omniũ debere in se excellentissimã ipsius effingere virtutẽ, modestiam illã & moderationẽ animi, quã humilitatẽ dicimus, quæ tanta fuit, vt quũ oĩa illi contigerint maxima & amplissima, nihil tñ fuerit, quod illã aĩo extolleret, quod ei spiritus faceret. nobiliss. puella, quę in stemmatæ quatuordecim Reges, tot Duces Israelis computabat, ditissima orta parentibus, ditata etiã a Magis, formosissi, ingeniosissi. dociss. & inter hæc oĩa, vt æquabilẽ gerebat aĩm, & submissas de se cogitationes, iã conscia cœlestis partus & mater tanti Filij, Marito fabro ministrare dedignata nõ est, & consanguineã inuisere, eiq; parienti assistere, ac famulari. Cui se pręposuit? quã præ se, vł genere, vł forma, vł ingenio, vł dignitate contempsit? cui se nõ posthabuit? virgo angelis quoq; pręstantior, quorũ erat Regina destinata. Quocirca nõ ꝓbo Diuã virginẽ in sericis atq; aureis amictibus depictã, gemmis atq; vnionibus ornatã. ceu his illa delectata esset, quũ hic ageret, nihil minus eã refert. malim simplici cultu, & quali erat vti solita

quo nobis moderatio animi illius expressius ante oculos ponatur, vt sit vnde diuites doceantur, vnde se pauperes solentur, vnde his animus augeatur, illis decrescat, vtrisq; vero ad iustum modum, moderationemq; reducatur, vt nec etiam desperent locupletes, nec nimis confidant egenæ. Huius ergo exemplū sequetur mea puella, nō ficto & simulato, sed vero animo & certo, ne tetrius sit, & perniciosius vicium, sub facie virtutis latens, vt venenū sub re salutari, aut morbus cute integra, & sana contectus, & a cura se eo defendens obtentu, nihil agant fœminæ fucatum, & fictū, vt bonæ videantur, nec se rerum naturas, aut fallere sperent, aut mutare, non idem valent simulata, quod vera, tecta & adumbrata, inualida atq; imbecilla sunt, ipsa tandē vel se produnt, vel deteguntur, vere igitur sit puella quod ostendit, modesta, humilis, pudibunda, pudica, proba, et videatur, & sit. ita Diuæ virgini, quam vere atq; expresse vita sua repraesentabit, acceptior facta, tum Christo, qui dignam sesponsam agnoscet, orabit primum pro se, vt augeatur, pietate, proposito sanctæ pudicitiæ, & reliquis virtutibus, tū pro parentibus, hinc pro fratribus, sororibus, consanguineis, & cæteris, pro quibus Deum præcari eam cōueniet, huius enim preces gratissimæ. Deo erunt, & efficaces ad impetrandum, nempe animi puris. & integerrimi, ac vere christiani. Velim quę orabit ipsam intelligere, vel loquatur linguam, quam norit, vel quę latine dicet, habeat prius ab aliquo declarata, nec putet in murmure & agitatione labiorū sitam adorationem, sed in mente & cogitatiōe, quā a rebus istis vilibus ad cœlestia, diuinaq;, animū erigit. hoc iubemur in sacris facere, quādo dicitur, Sursum corda, nos respondemus, Habemus ad Dn̄m, in quo mentiuntur plurimi, qui dum id dicunt, de re aliqua cogitant mūdi huius, Veros adoratores Christus esse pronunciat, qui spiritu adorant Patrem, & hanc illi esse gratissimam adorationem, acceptissimas preces. Videat ergo ne mens, ne animus a

verbis

verbis dissonent, idem intus loquatur, quod exterius, imo exterius quantum velit, taceat, vel loquatur alia, modo intus clamet ad Dominum, & dicat cũ sponsa. Ego dormio & cor meum vigilat.

De virtutibus fœminæ, & exẽplis, quæ imitetur.

DIscet ex libris, quos vel leget fœmina, vel audiet, virtutes sui sexus in vniuersum. Decet quidẽ vnãquãq; fœminam virtutibus omnis generis esse præditam, sed illi sunt necessariæ nonnullæ, vt vicia quũ fœda omnia, tum vero quædam abominanda, atq; execranda. & sunt virtutes aliæ coniugatarum, aliæ viduarum, aliæ monasticarum, sed de ijs quæ toti sexui congruunt loquar. Primũ sciet castitatem esse principem fœminæ virtutem, & quæ vna instar est reliquarum omnium, si hæc adsit, nemo requirit alias, si absit, nemo respicit alias. Et quemadmodũ Stoici Philosophi in sapientia sita bona omnia existimabant, in stultitia omnia mala, vt sapientem solum dicerent, diuitem, liberum, Regem. ciuem, formosum, animosum, beatũ, stultum vero, pauperem, seruum, exulem, peregrinum, deformem. ignauum, miserum. Sic de pudicitia in fœminis iudicandum est pudicam esse formosam, venustam, dotatam, nobilem, fœcundam, optima quæq;. Contra, impudicam, mare & thesaurum malorum omnium. Pudicitiæ comites indiuiduæ sunt, Pudor & sobrietas, a pudore videtur dicta pudicitia, vt pudica non sit, quam non pudet. hoc est velũ quoddam nostræ faciei, nam quum apertã, nudamq; pannis istis nostris voluisset natura esse faciem humanam, illi suũ amiculum addidit pudoris, quo cum humana cõmendatiõe operiretur, vt nemo id cerneret, quin magnã aliquã probitatem sub illo tegumẽto intelligeret latere, nullusq; esset, qui non amaret sic indutũ, exutum odisset. Execratur Dñs impudicã dicens, frons mulieris meretricis tibi facta est, depuduit te. Nascitur ex verecundia modestia, & moderatio, siue quid cogitet, siue dicat, siue agat, vt nihil nec

in affectibus, nec verbis, nec factis existat immodicum, arrogans, insolens, lasciuū, petulans, nihil iactabundum, aut ambitiosum. honores nec se mereri credat, nec expetat, etiam vitet, & si contingant tanq̄ immerita erubescat, nulla re insolescet, non forma, uon venustate, non genere, nō opibus, sciens illa breuiter peritura, superbiæ vero paratā ęternam pœnam. Sobrietas continētiam fouet, vt ebrietas expellit, nemo ignorat quid crapulam sequi soleat. Additur sobrietati parsimonia & frugalitas, quas esse in re familiari mulieris partes Plato & Aristoteles non immerito prodiderunt. Quærit vir, custodit, & seruat fœmina. Ideo illi animus additus, huic ademptus, quo ille strenue pararet, hæc meticulose contineret. Ex hac corporis sobrietate etiā in animo sobrietas nascetur, ne affectus velut temulenti tumultuentur, & turbent virtutis tranquillitatem, sed liceat & bene agere, & bene sapere, pietati dedita sit, & modicis contenta, præsentia sufficiant, nec absentia, aut aliena quærat, vnde oriatur inuidia & æmulatio, & curiositas alienorum. Congruit plurimum fœmineo sexui deuotio rerum sacrarum, quo fœdior est mulier auersa a religione, cum inuidia est illi crebro pugnandū. quæ quum sit fœminis vsq; ad ridiculum turpis, nescio tamen quo pacto pertinacius illas oppugnat, sed quæ sobria est, & cui abūde magna sunt, quæ naturæ satisfaciunt, non erit, cur alteri velit inuidere, nec esse alienæ domi curiosa. At quæ pudibunda sit, & moderato animo, quæq; sobria, nunq̄ ira efferetur, nec in maledicentiam prosiliet, nec in sæuitiem aliquam, & inhumanitatem rapietur, quum enim fœminarum genus amicū natura & beneuolū esse conueniat, vt quod imbecillum sit, & alieni auxilij plurimū indigum. Quis ferat in muliere impotentē iram, & crudelitatem? vt perdere cupiat, quæ si sit opus, seruare non valeat, & animū iniuriæ retinētem, quā reponat in occasionem vltionis. Digna est huiusmodi mulier, quæ tantis afficiatur malis, vt numero, magnitudineq;

illorum

illorum prostrata, & concussa, victam se fateatur, ac de ira,
& vltione, & de cæteris insanijs desinat cogitare. Plane cũ
immanibus beluis superbia, ira, atq; inuidia, propositũ est
incautæ mulieri certamen, ꝙ leuibus earum, & teneris ani
mis omnis offensio grauissima, atq; intolerabilis videtur,
& atrociter vindicanda, & res exiles ac minutissimas tanq̃
ingentes, ac grauissimas, se imperitis offerũt, itaq; nisi tam
sæuos hostes vel arte vitarit, vel superarit strenuitate, peri-
culum est, ne absumatur, habitura sempiternum, & in hac
vita, & in altera, cruciatum. Credo perspicuum esse, Pudici
tiam velut Reginam esse in virtutibus, fœminæ. Hanc se-
qui inseparabiles comites duas, ex pudore, sobrietatem gi
gni, ex queis duabus reliquum fœminearũ virtutum, cho-
rum, mundumq;, modestiam, moderationem, frugalitatẽ,
parsimoniam, domesticam diligentiam, religionis curam,
mansuetudinem, quas omnes virtutes, & ipse alijs locis ali
quanto fusius explicabo, & vberius a sanctis, sapientibusq;
viris tractatas inueniet. Deliniatam intuemini honestatis
imaginem, quæ tanta specie, tamq; præstanti forma est, vt si
corporis oculis cerni posset, quemadmodum est a Plato-
ne scriptum in Phædro, mirabiles amores excitaret sui, ne-
que sic pulchritudo vlla oculos nostros capit, & tenet, vt
arriperet, duceretque secum honestas aperta atq; ostensa
nobis. Tum colliget virgo vel audiendo, vel legendo, san-
cta exempla virginum, quæ sibi proponat imitanda, qua-
rumq; se similem esse cupiat, & in primis, vt dixi, præstan-
tissimæ illius ac decoris virginitatis Mariæ, Christi homi-
nis, atq; dei, parentis. cuius vitam non solæ virgines ha-
bent tanquam exemplar propositum, ad quod se compo-
nant, & effingant. sed nuptæ etiam & viduæ. omnibus
enim omnia facta est, vt omnes ad suæ castitatis exemplũ
prouocaret, & adduceret. Virginibus modestissima vir-
go, nuptis castissima est nupta. viduis religiosissima vidua.
Prima insuetam hanc ante virginitatis viã, magno animo
& pi-

& pientissimo proposito est ingressa. Prima in coniugio fuit supra humanũ morẽ nullo carnis vsu angelica vita, vt custodẽ suæ pudicitiæ sumpserit, nõ virũ. quæ quoniã miracula erant, ideo maiore miraculo, stupente natura, filiũ edidit. vidua vero iã facta, quoniã tota eius vita ex spiritu pendebat, & in corpore viuẽs, supra corporis se conditionem extulerat, in vno Deo & obsequentiss. nacta est filiũ, & castiss. sponsum, & indulgentiss. patrẽ, vt quę propter Deum cũcta cõtempserat, in Deo cuncta inueniret. Sed quid ago Diua? quid incepto? an de tuis infinitis laudibus dicere? atqui hoc nec huius est vel torpedinis, vel infantiæ, vel angusti loci, opus est latissimo ocio, opus facundia exercitatissima, opus ingenio summo ac eruditiss. Vos hanc virgines imitamini, quotquot integrã seruare castitatem vultis. vos hanc sequimini cõiugatæ, quotquot curę est & maritis placere, & quod iurastis, præstare. Vos hanc semper spectate viduę, ex qua & solatiũ amissi cõiugis, et consiliũ tuẽdę prolis, & exemplũ reliquæ degendæ vitæ, fructuosissimũ percipietis. Secutæ sunt huius virginis institutũ maxima nostrarũ millium agmina, sicut Psalmista prænunciarat, Adducentur regi virgines post eã, quarũ acta non modo in præsens, sed omni posteritati proderũt ad æmulationem. Nec gentiles virgines tacent historię, nobilitatas sola pudicitia, quarũ Catalogũ ex græcis historijs Hieronymus contra Iouinianũ disputãs, recensere grauatus nõ est, ꝙ videret in eiusmodi rebus nõ parũ homines exemplis moueri, neq; enim factu difficile videtur, quod factũ aliqñ sit, adduxit q; multas, quæ vitæ quoq; maluerint iacturã facere, q̃ pudicitiæ. Equidẽ grauissimo iuxta & sctissimo viro nõ hãc contumeliã faciã, vt q̃ ipse narrauit, vel tanq̃ superuacanea prętereã, vel alijs verbis recenseã, quin potius vt ab eo posita sunt, adscribã. Sic ergo inquit, Triginta Atheniensiũ Tyranni, quũ Phedonẽ in conuiuio necassent, filias eius virgines ad se venire iusserũt, & scortorũ more nudari, ac super
pauimen

pauimenta, patris sanguine cruentata, impudicis gestibus
ludere, quæ paulisper dissimulato doloris habitu, quum te
mulentos conuiuas cerneret, quasi ad requisita naturę egre
dientes, inuicē se cōplexæ pręcipitauerūt in puteū, vt virgi
nitatē morte seruarēt. Demotionis Areopagitarū principis
virgo filia, audito sponsi Leosthenis interitu, q bellū Lami
acū concitarat, se interfecit, asserēs, q̄ q̄ intacta esset corpo-
re, tñ si alterū accipere cogeretur, quasi secundū acciperet,
quū priori mente nupsisset. Spartiatę & Messenij diu inter
se habuere amicitias, in tantū, vt ob quædā sacra etiā virgi-
nes ad se mutuo mitterēt. Quodā igit̄ tempore, quū quin-
quaginta virgines Lacedæmoniorū, Messenij violare ten
tassent, de tanto numero ad stuprū nulla consensit, sed oēs
libentissime pro pudicitia occubuerūt. Q̄obrē graue bel-
lū & longissimū, concitatū est, & post multū temporis Ma
mertia subuersa est. Aristoclides Orchomeni tyrannus ada
mauit virginē Stymphalidē, quæ cū p̄re occiso, ad templū
Dianæ confugisset, & simulachrū eius tenerēt, nec vi pos-
set auelli, in eodē loco confossa est. Ob cuius necē tanto oīs
Arcadia dolore commota est, vt bellū publice sumeret, &
necē virginis vlcisceretur. Aristomenes Messenius, vir iu
stissimus, victis Lacedęmonijs, & quodā tempore noctur
na sacra celebrantibus, quæ vocabant̄ Hiacynthina, rapuit
de choris ludentiū virgines quindecim, & tota nocte gra-
du concito fugiēs excessit de finibus Spartanorū. Quūq;
eas comites vellent violare, monuit, quantū potuit, ne hoc
facerēt, & ad extremū, quosdā nō parentes interfecit, cæte
ris metu coercitis. Redemptæ postea a cognatis puellæ,
quū Aristomenē viderēt cædis reū fieri, tam diu ad patriā
nō sunt reuersæ, q̄ diu Iudicū aduolutæ genibus, defensorē
pudicitiæ suæ cernerent absolutū. Quo ore laudandæ sunt
Scedasi filiæ, in leuctris Bœotiæ: quas traditum est absente
patre, duos iuuenes prætereuntes iure hospitij suscepisse.
Qui multū indulgentes vino, vim per noctē intulere vir-

ginibus. Quæ amissa pudicitia, nolentes superuiuere, mutuis conciderũt vulneribus. Iustũ est & Locridas virgines nõ tacere, quæ quũ Iliũ mitterent (ex more) per annos circiter mille, nulla obscœni rumoris & pollutæ virginitatis fabulã dedit. Quis valeat silentio prẽterire septẽ Milesias virgines? quæ Gallorũ impetu cuncta vastante, ne quid indecẽs ab hospitibus sustinerẽt, turpitudinẽ morte fugerũt. exemplũ sui cunctis virginibus relinquentes, honestis mentibus magis pudicitiã curæ esse, q̃ vitã. Nicanor victis Thebis atq; subuersis, vnius virginis captiuæ amore, superatus est. Cuius coniugiũ expetẽs, & voluntarios amplexus, qđ scilicet captiua optare debuerat, sensit pudicis mentibus plus virginitatẽ esse, q̃ regnũ. & interfectã propria manu, flens & lugẽs, amator tenuit. Narrãt scriptores græci & aliã Thebanã virginẽ, quã hostis Macedo corruperat, dissimulasse paulisper dolorẽ, & violatorẽ virginitatis suę iugulasse postea, dormientẽ. seq; interfecisse gaudio, vt nec viuere voluerit, post perditã castitatẽ, nec an mori, q̃ sui vltrix existeret. Sic Hieronymus. vt si quis est pudor, erubescant fœminæ christianæ, quæ parũ caste integritatẽ sub castissi. Christo castissimæ matris filio, in castissima ecclesia seruãt. quũ gentiles fœminæ spurcissimũ Iouẽ, & impudicissi. Venerẽ colentes, pudicitiã charissimis vniuersis rebus prætulerint. Quid ego huc exempla sanctarũ virginũ afferam, ad eas commouendas, quas nõ pudet castas gentiles vel nominari? quã potissimũ proponã imitandam, quũ se per millia nobis offerãt? Teclam ne? an Agnetẽ? an Catherinã? an Luciã? an Cæciliã? an Agathã? an Barbarã? an Margaritã? an Dotheã? an potius exercitũ vndecim milliũ virginũ? quę oẽs dictu mirabile mortẽ obire maluerũt, q̃ libidini hostiũ sua corpora præbere. At hũc consensum tã sancti propositi vix in duobus viris inuenias, quod in vndecim tenellarum virginũ millibus, tã ratũ, fixũq; ꝑmansit. Quis numerus capiat eas? quæ iugulari se, quæ cedi, truncari, suffocari, mergi faci-

facile sunt passæ, dũ pudicitiam tuentur, quæ mortem quũ nollent sibi afferre, arte quæsierunt in discrimine castitatis sitæ. vt Brasilla Dyrrhachina primaria virgo, quæ quum imminentem suæ pudicitiæ sæuum victorem videret, pacta est, si saluam reliquisset integritatem, hærbam daturam se, cuius succo illitus, nullis armis violari posset. conditionem accepit miles. illa ex proximis hortis vulsa hęrba, quæ prima ad manum fuit, iubet in se vim eius periclitari. infectoq; iugulo, hoc (inquit) cæde, vt experiaris, cecidit ille, & virginem interemit. Quid q̃ occidere se fœminam vt castitatem tueatur, nec Hieronymus damnare videtur? Et Ambrosius libro de virginibus tertio, huic quæstioni, martyris Pelagiæ exemplum opponit, nihil assertione opus dicens, vbi factum sit martyris virginis annorum quindecim, quæ cum matre & sororibus, in flumen se præcipitauit. Sophroniam nobilem fœminam Eusebius in ecclesiastica historia tradit, quum videret maritum suum, vrbis præfectum, in defendenda sua pudicitia, a libidine Maximini cunctari, & nutare, abditam in cubiculum, ferro pectus aperuisse, quam tamen ecclesiæ consensus, martyrum numero adiecit. Hæc omnia castitatis exempla, in ecclesia leguntur, & audet impudica mulier eo venire, nec exhorret in cætum virginum lupanar inducere? suoq; vultu sanctissimos oculos inquinare? suis vocibus tenerrimos auditus polluere? Nefaria mulier, tu vel Catherinam, vel Agnetem, vel Barbaram sonare audes? & sacra nomina impurissimo ore contaminare? Tu te aliquo ex illis nominibus nominas? & similis videri vis nomine, cuius es moribus tam dissimilis & capitalis hostis: nec tibi quum vocaris, occurrit, qualis illa fuerit, cuius gestas nomen? quumq; illam purissimã, castissimã, optimã, te contra impurã, impudicã, scelestã cogitas, nõ te furiæ exagitant noctes & dies: nõ te exterrẽt: nõ te ardentibus facibus p̃sequunt̃? O confidentissima fœminarũ, & natalem sanctæ Virginis tu audes celebrare?

Indigna quæ nascerere.osq; tuum impudicũ pudicissimis oculis ostendere,& vis eam te aspicere vel audire sceleribus obrutam,quæ viros,nec bonos quidem, dũ in corpore viueret, audierit, aut viderit?Quanto satius esset te nũq̃ in earum conspectum venire,nę in te vlciscerentur iniuriã sexus,nec eius nomine vocari,ne de te pœnas sumerẽt nominis sui violati.Ego vero id serio dico , neq; enim hic est iocandi locus,edicto caueri deberet , ne qua aperte impudica mulier Maria nominaretur.Cur nos ei nomini,cui merito assurgimus, cui poplitem flectimus, non tantũ honoris habeamus,quantum quibusdam suis gentiles?Athenis Hermodius,& Aristogiton, ꝙ Tyrannum ciuitate exegissent,decreto sancitum est,ne seruis, aut ijs qui artem parum liberalem exercerent, illorum nomina inderentur.

Quomodo foris aget.

PRodeundum erit aliquando,sed q̃ fieri poterit rarissime,propter multa.Principio ꝙ quoties in publicum exit virgo , toties de sua & forma, & modestia,& prudentia,& pudentia,& probitate iudicium subit,pene capitale, quum nihil sit fama & existimatiōe fœminarum tenerius, aut magis iniuriæ obnoxium, vt non immerito videri possit de filo araneæ pendere,idq; quoniam illa quæ dixi exacta in fœmina desyderantur , nostra vero iudicia morosa, & suspiciosa sunt,ac (quemadmodum Ouidius inquit)
Nos in vicium credula turba sumus.
Porro maledicto(vt Cicero ait) nihil est magis volucre,nihil facilius emittitur,nihil citius excipitur,latius dissipatur Q, si semel hæsit in puella ex hominum existimationibus nota aliqua,sempiterna fere est, nec eluitur , nisi maximis pudicitiæ, & sapientiæ ostensis argumentis. Loqueris in publico pauca,rudis crederis,multa,leuis,indoctæ,hebes, docte,maliciosa.non facile respondes,superba,male educata.respondes,non magno impulsu casura . sedes composito vultu,dissimulatrix.gesticularis natura,stulta.spectas,eo

ferri animum. rides, quum quis ridet, & si alio intenta, arrisisse, actum esse. audis virum placere tibi, quę dicit, nec difficilis expugnatu. Quid dicam quanta vndiq; flagitiorum & scelerũ in publico materia? vt non iniuria videatur Tragicus dixisse, virgines in turba conspici nefas. Quãto prestaret manere domi, q̃ has tam varias, tamq; iniquas audire censuras, tam presentia pericula. nec est vbi magis valeat illud Græcum præceptum, viue ignotus. Idcirco Thucydides illam demum optimam esse mulierem dixit, de cuius, vel laude, vel vituperio, minimus esset sermo. Latere debet mulier, nec multis esse nota. indiciũ est non integræ seu castitatis, seu famæ noscitari a plærisq;, & vel per ciuitatem cãtari, vel aliqua nota, insigniue designari. vt alba, clauda. strabа, parua, magna, pinguis: manca: balba. Ignorata hæc vulgo oportuit in proba fœmina. Nunq̃ ne ergo ferẽdus extra priuatum pes? Grande scilicet nefas. semper delitescendum domi? hoc est, sicut quædam interpretantur vanæ, & vt, vel spectent, vel spectentur, cupidæ, in carcere. Prodeundum vero aliqñ, si res poscet, aut si iubebit Parẽs Prius tamen q̃ pedem ianua efferat, non secus q̃ pugnatura paret animum. Cogitet quæ visura, quæ auditura sit, quę dictura. Reputet apud se, vndiq; aliquid occursurũ, quod pudicitiam, & bonam mentem sollicitet. Aduersus hæc diaboli vndecunq; ingruentia iacula, clypeum sumat pectoris, bonis pręceptis ac exemplis muniti, propositum firmũ pudicitiæ, animum in Christum intentissimũ. Nec ignoret se ad vanitatem ire, qua ne rapiatur, maximopere prouidẽdum est. Nec aliud existimãdum est, id quod foris videbit, q̃ spectaculum quoddam vitæ humanæ, ex cuius vicijs ante oculos positis: ipsa non modo contagio non tãgatur: sed etiam emendet sua, & quo momento a Deo in homines se vertet, vt siue probet eos, siue ab eis probetur, a Christo discedit, & ex sponsa Christi fit subito adultera. Si bona viderit, amet propter Christum, sin mala, vitet propter Christum

stum. Animaduertat ne sic se componat, sic eat, sic agat, aut loquatur, vt pedica diaboli sit viris. Non solum ipsa peccare non debet, sed quantum potest præstare, ne causa sit alijs peccati, alioqui membrum erit eius diaboli, cuius est & instrumentum, non CHRISTI. Diuam Virginem ea modestia ac moderatione fuisse ferunt, vt si qui lasciuiores oculi in eam incidissent, velut si ardens in aquam cecidisset titio, fœdum illud incendium protinus extingueretur. His & similibus cogitationibus instructa, domo exeat cum matre, si habet, & licet. Sin minus, cum graui aliqua fœmina vidua, aut coniugata, aut etiam virgine probatæ vitæ, moderati sermonis, sanctæ verecundiæ. Homerus pudicam Penelopem, in consessum procorum descendisse ait, sed non solam, cæterum duabus comitatam castis ancillis, quum tamen domi suæ esset, & filius suus Telemachus inter illos sederet. Tum quod Hieronymus iubet, procedens ad publicum, non pectus & colla denudet, nec pallio reuoluto ceruicem aperiat, sed celet faciem, & vix vno oculo, qui viæ necessarius est, patente ingrediatur, nec spectare cupiat, nec spectari, nec oculos mobiles huc, atque illuc iactet, ne curet quærere, quis illic aut illic habitet, quæ vix vicinos suos debet nosse. Tecta vult esse omnia in virgine, præter oculos viæ duces. Nec video, quid possit esse honesti & pudici, in ostentatione colli, sed hoc tolerabile, pectoris etiam & papillarum, tum interscapilij, ita vt nonnullæ humeros renudent. id vero quam fœdum sit, cæci, quod aiunt, vident, quum ex intuentibus alij rem tetram abhominentur, lasciuiores insolita corporis parte visa, ceu igne subiecto, accenduntur. Quorsum pertinere credimus inuentas chirothecas, nisi vt etiam manus, nisi in opere, laterent? Millesias virgines eo correptas olim animi furore legimus, vt se passim suspenderent, neque huic malo remedium inueniebatur vllum. Edicebatur graui-

bus

bus pœnis ne fieret. Contemnebantur pœnæ, quæ enim morte atrocior? quam ipsæ vltro appetebant. Custodiebantur, inter custodum manus exitum spiritus inueniebat Edictum est tandem, vt quæ se occidisset, nuda per medium forum, media luce traheretur, hac sola pœna deterritæ sunt, ne nudæ etiam exanimes conspicerentur. O pudorem incredibilem & prædicandum, quæ mortem vltimum malorum contemnebant, pudorem reuerebantur, & in mortuo corpore, ita furor ille compressus quieuit. Quid quod prouida rerum natura mater, verecundiæ fœminarum consuluit? Mirabile dictu, virorum corpora, proiecta in mare. Plinius in historia rerum tradit, supina ferri, fœminarum prona. Natura ergo pudorem earum curat, ipse suum negligunt? In ingressu nec celeritates suscipiat fœmina, nec tarditates notabiles. Iam vbi in hominum conuentu fuerit, magnam, & vultu, & toto corpore præferat modestiam, quæ non ex ostentatione nascatur, sed ex modesto, & vere christiano animo, tum pudorem pudicitiæ, ac cæterarum virtutum decus & ornamentum, nec intueatur viros, nec se intueri putet, si separati sint, & in puellas spectent, ac inter se colloquantur, ne credat virgo se spectari, de se illos loqui. Fit enim, vt puellæ quædam, quæ pulchritudinis, aut venustatis opinionem ipsæ sibi confinxerunt, in se vnas coniectos omnium oculos existiment, omnium sermones in se dirigi, ita si quis eas aspiciat vir, etiam aliud agens & cogitans, suam spectari formã ratæ, subrident, & ne hoc ipsum ridere videantur, frigidum aliqua de re sermonem iniiciunt, quẽ ipsæ putent risum mouere. Cernere & est interdum, viginti vna sedentes, quas si inspexerit quis, rideant omnes, obtendentes se, vel verbum, vel factum aliquod cuiusquam earum ridere, minime tamẽ ridiculum, quum vna quæque se solã, inusitata, & prodigiosa forma spectaculo atque admirationi esse, sibi persuadeat. in quo apertissime suã leuitatem

tatẽ & dementiã declarãt. Mea virgo, & negliget formã, nec se pulchrã putabit, nec dictis insulsis aut ineptis ridebit: nec gaudebit se intentius conspici. se velut scopũ esse confabulationũ iuuenũ, quũ hoc citius sit ei lachrymandũ excellentissimũ bonorũ suorũ a tot hostibus tot machinis oppugnari. quibus an obsistere oĩbus possit ignorat, suã faciẽ, velut facẽ quandã, iuuenũ animos ad inconcessas turpesꝗ; libidines inflammare. Et quoniã de risu agimus, qui maxime leuis & soluti animi est index, videat ne effusius riserit, nã illud ne admonenda quidẽ est, ne iuueni ridenti arrideat. quod plane nõ fit nisi ab impudica, vel ab stulta. Ne sinat se vellicari, vel lasciuius tangi. Mutet locum, & abeat, si sit opus. Nihil viro det, nihil a viro accipiat. Beneficiũ accipere (inquit prudẽs vir) libertatẽ vendere est. nec immerito illud apud Hispanos & Gallos vsitatũ est, fœmina quæ accipit, se vendit. fœmina quę dat, se dedit. Itaꝗ; honesta, nec dabit, nec accipiet. Garrulã nolim esse nec inter puellas. Nã inter viros miror esse quosdã tam impudentes, qui nõ improbent. Consuetudo illa approbata est, quantũ arbitror, suffragijs infernis, vt laudi vertatur fœminas scite ac facunde cũ viris confabulari, idꝗ; in multas horas. Quæso vos, quid loquetur imperita puella cũ iuuene imperito bonarũ rerũ, peritissimo malarũ? quid ignis cũ stupa? (puto de Christo, aut diua virgine) quæ poterit esse materia confabulationis tã longæ? an nõ vterꝗ; mutuo ardore incensus, de igne quo ardebit velit nolit cogeẽ loqui? Has vocant fœminas aulicas, credo Ex Aulis temporũ nostrorũ, parentibus scelerũ enormiũ, & sedibus Sathanę, quas nõ tantũ christianus auerseẽ, sed etiã gentilis, modo pauxillũ habeat mentis melioris. Atqui ex istis nõ oẽs sunt impudicæ, aiũt isti. Primũ nescio. Deinde si sunt corpore pudicæ, certe aĩo impudicissimæ sunt, & si nõ corpore, at aĩo viris prostitutæ. nec istis quicꝗ; defuit ad impudicitiã pręter occasionẽ, ꝗ prope semper in oculis multorũ, & frequentia versanẽ. Sed quid nos

cũ istis

cũ istis hoibus disputamus? Quis ꝓbatus vir hæc probat? Qui laudãt nisi qui nec vmbrã quidẽ norũt pudicitiæ? qui vellẽt oẽs mulieres (fieri si posset,) impudicas esse. quo facilius, vbi infinitã suã libidinẽ explerẽt, inuenirẽt. qui ipsi ad ambas aures flagitijs, facinoribus, sceleribus immersi, nec sua vicia videre possunt, nec aliena. Exuãt prius istas scelerũ tenebras, quibus opprimunt̃, tũc credemus eis, de virtute iudicantibus. Colloqui puellã & virũ in loco aliquo solos, ne, si sint quidẽ fratres, patiendũ est. Multa possunt adduci, & vetera, & noua fœditatis exempla. quid inter fratres actũ nactos solitudinis occasionẽ. Sic Amon Dauidis Regis filius, Thamar sororẽ suã violauit. sic Caunus sororẽ Byblim. Nunq̃ Augustinus cũ sorore sua habitare sustinuit. Malũ dicebat fœminã videre, peius alloqui, pessimũ tangere. Pionis Abbatis ægrotabat soror, rogatus vt ei añ factũ loqueretur. Alieno ductu, & clausis oculis ad cubiculũ ægre ꝑfectus est. sic allocutus, rediјt. Nec fratres cũ sororibus, aut ꝓpinquos cũ ꝓpinquis puellis, q̃libet casti sint, & spectatæ continentiæ, lusitare, nõ eas osculari, palpare, vellicare patiar, quid hoc aliud est q̃ puellã impudentioribus coquire? & maturare? vt si quid billi obscœui petant, istæ excalfactæ, aliquid harũ conueniẽs pudicitiæ suæ cogitẽt? Nec in aula frequenti velim, in angulũ secedere. quid dicturi sunt soli, quod reliqui audire nõ possint. si casta & pura locuturi sunt. Nec multa velim intercurrere, inter iuuenes, virũ, & puellã, verba, etiã arbitris alijs conscijs. nisi tã aperte honesta, & sancta sint, vt nulla possit incidere suspicio obscœnitatis. Sunt eñ quidã, vsq; adeo in nequitia ingeniosi, qui sic verbis ambiguis, obliquisq;, quæ sentiũt, inuoluũt, vt quo tendãt, nõ difficile intelligat̃ ab ea, cui dicunt̃. ambiguitas tñ faciat, vt negare possint se hoc sensisse, & tanq̃ malignos interpretes incessere, q ad turpitudinẽ rapiãt, quæ ipsi syncero dixerint aĩo, ac simplici. & acutuli sibi vident̃, si his artibus valeãt, oĩbus bonis expertes, potentes ac prudentes

 vt faci

vt faciat malũ. quæ res nõ arguit ingeniũ sed malarũ rerũ in dustriã, quæ (vt Seneca inquit) somno & languore turpior est. Nec ingeniũ fraudibus censendũ est & fallacijs, nisi dia bolos sanctis Angelis ingeniosiores putamus, quum vnus beatorũ angelorũ diabolis vniuersis sapientior sit. In sum ma prẽstat semp ꝗ minimũ habere cũ viris commercij, pau cissima cũ eis v̄ba commutanda, & ea modestiæ, pudicitię, prudentię plena. nõ existimaberis filia infantior, sed sapien tior. Quod si sententia de moribus tuis, pnuncianda est, ma lo videaris malis parũ docta, ꝗ bonis parũ proba. Cedo, ꝗ multa legis Mariæ v̄ba, in tota quattuor euangeliorũ histo ria? Intrat ad eã Angelus, & paucis v̄bis rẽ absoluit, ijsq́ʒ sa pientiss. & sanctiss. Visit Elisabetham, loquit̃, vt deũ laudet. Parit filiũ Deũ. celebrat̃ ab angelis. adorat̃ a pastoribus, & tacet. conseruãs oĩa, quę ab illis dicebant̃, conferẽs in corde suo. Adorat̃ a Magis, quę pcul eo venerãt. quid ipsam legis locutã? Alia forsan de illa regione fuisset pcontata, de opi bus, de sapientia illorũ, de astro. Ipsa, quod tenerã decebat virginẽ, tacet. offert filiũ templo, & vaticinantẽ de illo Sy meonẽ, rogasset alia. aut quædã, aut eorũ quæ dixerat, ratio nẽ & modũ. Vertit sermonẽ ad virginẽ senex de filio, Ecce positus est hic in ruinã, & resurrectionẽ multorũ in Israel, et in signũ cui contradicet̃. & tuã ipsius animã cædet gladius, vt aperiantur multorũ cordiũ cogitationes. alia mulier qñ, quo modo, vbi futurum, esset sciscitata. ipsa nihil legitur di xisse. Amittit chariss. filiũ Hierosolymæ, quæsitũ tribus die bus tandẽ inuentũ, quot verbis compellat? Fili quid fecisti nobis sic? ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Iam natu grandior, in nuptijs illud tantũ dicit. Fili vinũ nõ habent. Ad crucẽ omnino muta. nihil ex filio quærit, cui se relinquat, quid moriturus mandet, ꝙ in publico loqui nõ didicerat. Hanc virgines, hanc fœminæ omnes imitamini. pauciloquam quidem, sed ad miraculum sapientem, Thea no Metapontinæ vati & virgini doctiss. magnũ fœminæ

orna.

ornamentũ silentiũ videbatur.idẽ & Sophocli. Quippe silentio,castitas & prudentia dulcissime condiuntur. Nõ es patrona filia,nec in foro agis,vt causam,vel tuã,vel clientis affligas,nisi loquaris.tace tam audacter,q̃ alij loquuntur in foro.sic enim melius pudicitiæ tuæ causam defendes.quæ apud æquos Iudices,superior videtur silentio,q̃ sermone. Puerũ quendã tradũt rerũ scriptores:productũ in Rostra po.Ro.super causa pudicitiæ,defixis in terrã oculis & pertinaciss. silentio pudicitiã suã vehementius po.commendasse,q̃ longis & accuratis orationibus oratoris. Sed vt de fœminis loquar. Sctã Susanna de flagitij crimine silentio se purgauit,nõ oratione, Audiamus. D. Ambrosiũ. Susanna mulier tacuit,& inimicos suos vicit. Nõ ẽm apud Danielẽ iudicẽ,verborũ se ratione defendit,nõ patrocinij sermo tutata est,sed in sancta fœmina tacente lingua,pro ea castitas loquebat̃. Idẽ libro de virginibus tertio,sic inquit, Deesse sermonẽ virgini,q̃ superesse malo. Nam si mulieres,etiã de rebus diuinis,in ecclesia iubent̃ tacere,domi viros suos interrogare,de virginibus quid cautum putamus? in quibus pudor ornat ætatẽ,taciturnitas commendat pudorẽ. Neq; solũ sic inter viros se geret,sed inter fœminas quoq; modestus decebit sermo & parcior,nõ sonorus,nõ arrogans,aut virilis animi indicium, nullo admisto iureiurando,quod quũ in viris deforme sit,nõ poterit nõ esse in fœmina flagitiosum. Sed nec sit vox fracta,& delicata nec vultus in atrocitatẽ & sæuitiẽ compositus,nec in sæueritatẽ quidẽ aut tristitiã,aut fastidiũ,neq; varius,aut præ se delicias ostendens, aut renidẽs.nõ mobilis,nõ vagus,& solutus similis animi argumentũ. Sunt quædam,animo tam fluxo,vt inter pares omnia,& aliena,& sua loquacissime effutiant,nihilq; pensi habeãt,quid loquantur,sed quicquid in buccam venerit. Hinc studium mentiendi,quum vera desunt,& fabulæ ortæ de illis,quæ ex vno coruo fecerunt centum,& ex vno homine occiso, mille, & ex cane mediocri maiorem ele-

 phanto.

phanto indico, vt iam nemo, quibus verbis rem eam præposteram & turpem insectetur, sciat. Naso & irrisionibus omnes excipiunt, qui ad summã reprehensionem sufficiat narrasse. Aliæ hoc agunt, ꝙ inciuiliores sibi futuræ videtur si taceant, vel parũ amicæ, nisi secretissima quæq;, & maxime tacenda, in sinum alterius effuderint cum periculo, vnde multis arrepta ansa præcipiẽdi archanum fœminæ nũq̃ credendum, non sorori, non matri, non vxori. Sed hoc vicium quarũdam esse, non sexus, ostenderũt constãtiss. aliquot fœminæ, quæ ne tortæ quidẽ, quæ scirẽt, prodiderũt. vt Pythagoræa illa, quæ dentibus suam sibi euulsam linguã in faciẽ torquentis tyranni conspuit, ne eloqui necessitate ulla cogeretur. Prætereo Milesias, quæ consilium maritorum multis diebus, q̃diu videlicet opus fuit constanter ac prudenter Massiliæ celauerunt. Epicharim scribit Tacitus conscientia Pisonianæ coniurationis iussam tormentis dilacerari, vt indicaret. Primo die non verberibus, non ignibus, non ira, eo acrius torquentium, ne a fœmina spernerẽtur, commotam, vt aliquid se scire cõfiteretur. Postero die quum ad eosdem cruciatus retraheretur, gestamine sellæ, (nam dissolutis membris insistere nequibat) vinculo fasciç quam pectori detraxerat, in modũ laquei ad arcum sellæ restricto, indidit ceruicem, & corporis pondere connixa tenuem iam spiritum expressit, Aristogitonis, qui Pysistrati filios expulit amicã, Lænam nomine, Athenieñ. memoriæ mandarunt tortam a tyrannis, vt amicũ proderet, in silentio tormenta omnia perpessam esse. Si hæc impudicæ, quid pudicæ? Fugienda etiam alienæ domi curiositas, ne omnia rimari & scrutari cupias. nec plus, seu capere velis, seu scire, q̃ vltro concedatur. Contententdũ & rixandũ in publico non est, non dico leuiculis de rebus, sed nec si de magna aliqua possessione agatur, præstat fortunarum pati detrimentum, q̃ nominis, & frontis, & rerum iure charissimarũ. De festis, & celebritatibus, & cõuiuijs, nescio quid

præci

præcipiam christianis in tam receptis moribus plusq̃ gentilicijs, vt demens putetur, qui non simul cũ orbis cõsensu rapiendum se & trahendũ permittat, sed vnus aut cũ paucis tanto se populorum torrenti opponat? Audiant ergo gentilem, quæ christianũ nolunt, Ouidium, qui flagitiosa illa tradens amandi præcepta, de publicis spectaculis loquens, ait.

Spectatum veniunt, veniunt spectentur vt ipsæ,
Ille locus casti damna pudoris habet,

Iuuenalis in Satyra, negat in theatris, in chorȩis, in celebritatibus inueniri illas, quæ graui & honesto viro placere, ac satis facere coniuges possint. Conuiuia Veneris & cupidinis esse arma testatur Ouidius, & profecto quæ potest esse pudicitiæ custodia, dum tot oculis expetitur puella? tot vultus eam intuentur? tot ipsa conspicit? necesse est vrat, & ipsa vicissim, nisi saxea sit, suo tangatur igne, accedit incẽso igni maximus ex conuiuio fomes cibi, potus, cõfabulationum, tactionum, uellicationum, & aliorum, quorũ magnam prebet Liber ille Bacchus licentiam. quis inter hęc animus purus & integer, nulla libidinosa cogitatione maculatus? Amentissimus populus non aliter putat puellas peccare, nisi si cum viris cubent. Tu ergo qui baptizatus es per Euangelium Christi, quo modo, vel legis, vel audis illa Christi in Euangelio verba, de omni verbo ocioso reddendam rationem in die iudicij? at inter iuuenes & puellas in conuentibus & compotationibus quot volitant nõ modo ociosa verba, sed perniciosa iacula? tũ & illud quisquis viderit alienam mulierem ad concupiscendum eam, iam adulteratus est eam in corde suo, an non etiam de muliere virum intuente putas dictum? Postremo non christianus es & spiritalis, sed carnalis gentilis, si non scelerum fontem intus esse in animo credis, nec referre, qualis quisq; sit corpore, sed mente. Ausim dicere post pubertatis annos paucas ex conuiuijs & celebritatibus virorum redire

facundia, alię agilitate, in multitudine virorum hæc omnia puella inuenit extenta, velut plagas. Difficile videtur non illis saltē capi, ad quas ꝓpensior fertur, Q̃re præstat nō amare periculum, ne pereas in eo, sicut ait sapiens. Mea sententia est, imo Christi, vt autumo, debere contineri virgines domi, non in publico esse, nisi sacri gratia, & bene tectas, ne laqueum vel præbeant, vel reperiant. Cum nuptijs, cū virorum conuentibus, & conuiuijs nihil debet esse christianæ virgini commercij. quid de puellis sentiam hinc sciri potest, ꝙ nec pueros ad conuiuia ducendos velim, tum ꝙ aduersum hoc est viribus & valetudini crescentis ætatis tū ꝙ seminariū est conuiuiū multorū viciorū, q̄uis sobriū & modestum. Multa videt ibi puer turpia, multa discit flagitiosa, etiam inter senes q̄libet sapientes. Quid inter fœminas & viros dicam? vbi accessis & intrinsecus & extrinsecus in libidinem animis, quantumuis pudoris contineantur frænis, efferunt tamen se immodice ac turpiter, nec habenas audiunt, & vectorem secum rapiūt. Quid dicam, si vltro calcaribus stimulentur? ibi vero, nec modus, nec modestia, nec vllus pudoris respectus est.

De Saltationibus.

Dicamus & de illo nonnulla, quo nihil agūt puellæ quædam libentius, & quod magna cura etiam a parentibus docentur, vt docte saltent. Nolo hic disputare de palæstra vetere, quam Plato & Stoicorum plurimi, vtilem dixerunt liberis pueris, Cicero & Quintilianus necessariam oratori, quæ aliud nihil erat, q̄ formatio quędam gestus totius ac motus, vt decora & essent omnia, & mouerentur. quæ ars prorsum (vt aliæ permultæ) ex vsu abijt. ad istam venio saltationem, quæ hodie est apud nos frequens, quam nōnulli græcorum probarunt, vt alias plærasque res, partim ineptas, partim etiam fœ

am fœdas,quæ a Romana grauitate repudiatæ sunt,nec vl la ex castis illis matronis saltasse legitur. Salustius Semproniam scribit doctius cantasse & saltasse,q̃ necesse esset probæ. Cicero Murenam defendens,scribit obiectum esse illi a Catone, ꝙ in Asia saltasset,hoc crimen tantum erat,vt defendere recte factum non sit ausus,sed constanter pernegarit. Nemo(inquit)fere saltat sobrius,nisi forte insanit, neq; in solitudine,neq; in conuiuio moderato,atq; honesto. Intempestiui conuiuij, amœni ioci,multarum deliciarum comes est extrema saltatio,ita saltationem necesse est omnium viciorum esse postremum. At nos in ciuitatibus christianis,scholas saltandi habemus,sed in eisdem in quibus etiam lupanaria,tantum grauitate morum a gentilibus vincimur. At nec illi hoc nostrum norant nouum saltandi genus,immoderatum,iactabundum, libidinis accensionem, plenum impudicis contrectationibus, & basijs. Quid sibi volunt tot basia, vt columbas effingamus Veneris aues? Olim solis consanguineis ferre osculum licebat, nunc passim in Gallia & Britannia omnibus fertur. Si hoc facit baptismus,vt omnes videlicet fratres esse videantur? laudo mentem,sin quid secus? non video quo pertineat toties osculari, ceu aliter constare non posset,vel amicitia,vel charitas cum fœminis,nisi forte in frigidis regionibus illis,velut stimulis iacentem excitare libidinem instituerũt, alioqui perituram. Plane mos mihi fedus videtur ac barbaricus. Sed pergo de saltationibus dicere. Quorsum tot saltus puellarum subiectis a viris cubitis quo altius se tollãt? Quid vsq; in medias noctes sine satietate agitari eas? quæ si iubentur proximum templum petere, ire non possunt, nisi equo vectæ,aut rheda,an non plane clamant se furore correptas insanire? Quid dixi insanire? Audisse memini me quosdam procul in nostrum orbem allatos,quum saltantes vidissent mulieres, territos fugisse, ꝙ illas dicerent, insolito sibi furoris genere, concitari,ac profecto,

quis

quis nō mulieres furere credat, quū saltāt? si saltantes nunq̃ antea spectarit. Iā videre est q̃ compositæ aliæ sedeāt spectā tes, quo gestu aliæ, quo incessu, quanta moderatione saltēt, in quo earū stultitiā cognoscas licet, q̧ rē stultā prudentissi me conant̃ agere, nec intelligūt quid sit, quid agāt, rem sine mente aliqua, & vt recte dixit Cicero, multorū magnorū q̧ viciorū comitē. Quæ vnq̃ legit̃ saltasse sanctarū fœmina rū? Quota quæq̧ est ex istis grauioribus, & prudentiā re rū vsu nactis? quæ vel nō dissimulet se saltatoriā scire, vel ro gata vt saltet, nō recuset? nimirū nō ignorāt stultū illud esse, alioqui vltro facturæ. Quid q̧ nec eunt facile, vbi saltatur? quo loco quæ potest custodia esse pudicitiæ, spectatis tot virorū corporibus? & sollicitatis animis, per oculorū fene stras, artibus subtilissimi artificis diaboli? De opere ipso san cti Viri sententia est, malle se arare festis diebus, & fodere, q̃ saltare. Diuus Ambrosius sorori suæ scribens, inquit. De bet igitur bonæ conscientiæ mentis esse lætitia, nō in con ditis comesationibus, nō nuptialibus excitata symphonijs. Ibi em̄ intuta verecundia, illecebrā suspecta est, vbi comes deliciarū est extrema saltatio. Ab hac virgines dei procul esse desydero. Nemo em̄ (vt dixit quidā sæculariū doctor) saltat sobrius, nisi qui insanit. Quod si iuxta sapientiā sæcu larē, saltationis aut temulentia author est, aut demētia, quid diuinarū scripturarū cau[illegible] putamus exemplis? quū Ioan nes prænuncius Christi saltatricis opinione iugulatus, ex emplo sit plus nocuisse saltationis illecebrā, q̃ sacrilegi furo ris amentiā? Extruit̃ regifico luxu ferale conuiuiū, & explo rato qn̄ maior solito turba conuenerit, filia intimis manda ta secretis, in conspectū virorū saltatura ꝓducit̃. Quid em̄ potuit filia de adultera matre discere, nisi damnū pudoris? An quicq̃ est tā pronū ad libidines, q̃ inconditis motibus ea, quæ vel natura abscondit, vel disciplina velauit, mem brorū operta nudare? ludere oculis? rotare ceruicē? comā spargere? Merito inde in iniuriā diuinitatis procedit̃. Quid enim

em̄ ibi verecundiæ poteſt eſſe, vbi ſaltatur? ſtrepitur? concrepatur? Tunc Rex (inquit) delectatus, dixit puellæ, vt peteret de Rege, quid vellet. Hactenus Ambroſij verba.

DE AMORIBVS.

EX congreſſibus, colloquijſq́ cū viris, amores naſcuntur, inter voluptates em̄ conuiuia, riſus, ſaltationes, delicias, regnū eſt Veneris & Cupidinis. Iſtis illiciunt & illaqueant humani animi, ſed in primis fœminei, in quos impotentiſſime dominat̄ voluptas. O miſerā puellā, ſi capta ex cœtu illo diſcedis, quāto præſtitiſſet manſiſſe domi? aut fregiſſe crus corporis, q̄ crus mentis? conabor tn̄ remediū afferre, ſi nondū ſis capta, ne capiaris, & ſi capta ſis, vt elabaris. Primū omitto, q̄ a philoſophis, quæ etiā a ſanctis viris, quæ deniq́ a ſapientibus cunctis, contra cupidineū amorē dicunt. Illa quoq́ taceo, quæ etiā ab ijs ſcribunt, qui amorē ex profeſſo vident voluiſſe laudare. Quanta illi faciūt conuitia? illū tyrannū, illū tetrū, illū durū, aſperū, crudelē, fœdū, ſceleſtū, execrandū, impiū, authorē peſſimorū facinorū nominantes? Ex Ariſtotele Seneca & Plutarcho. D. Hieronymus ſic inquit. Amor formæ rationis obliuio eſt, & inſaniæ proximus, fœdū minimeq́ conueniēs aīo ſoſpiti viciū, Turbat conſilia. Altos & generoſos ſpiritus frangit, A magnis cogitationibus ad humillimas detrahit, querulos, iracundos, temerarios, dure imperioſos, ſeruiliter blandos, oībus inutiles, ipſi nouiſſime amori, facit. Nā quū fruendi cupiditate inſatiabilis flagrat, plura tempora ſuſpitionibus, lachrymis, conqueſtionibus perdit, odium ſui facit, & ipſe nouiſſime ſibi odio eſt. Sic Hierony. Quis conſequi dicendo poſſit? quot periuria? quot fraudes? quot cædes? quas ſtrages? quas euerſiones vrbiū? gentiū, regionū, hic amor fecerit? Quid ego hic Troiā deletā narrē, propter Helenā? tot ibi exercitus cæſos? tantū bellum inter Lacedæmonios, & Meſſenios, propter raptas virgines? ipſum quoq́ Lacedæmoniorū imperiū, ab Epaminunda Thebano, ad Leuctras

Boœtias concussum: vindicante (vt Plutarchus ait) Sceda si genio filias, a Lacedęmonijs iuuenibus stupratas: & querelã a magistratibus contemptã: Florentes hispanias Rodericus Rex, concubitu Cauæ Iuliani comitis filiæ, pdidit, lacerandasq; & conculcandas Agarenis reliquit, Genus hominũ prostrauit & afflixit Adã, propter amorẽ Euæ, Exclamat ille, quid nõ cogit aurũ: imo vero quid nõ cogit amor: Mitissi. Dauidẽ impulit, vt innocentẽ Vriã præsentibus periculis obijceret, quo potiretũ libere Bersabee, Salomonẽ sapiẽtissimũ regẽ dementauit vsq; ad Idololatriã, Sampsonẽ debilitauit, Medæã adegit fratrẽ lacerare, filios occidere, Catilinã, filium propriũ interimere, vt in vacuã domũ Orestillã duceret. Oderũt parentes & consanguineos puellæ, q; suo amori obsisterent. Veneno multæ matres sustulerũt, vt cũ amatoribus fugerẽt. Hũc tam immanẽ affectũ & atrocẽ, si quis oculis corporis posset cernere, nõ secus terreretũ, q̃ si subito feriss. offerretũ bellua, & q̃ longiss. se territus, abriperet. Si nõ es ergo huius corpij veneno tacta, tractare aĩo versiculũ illũ Mimi debes, Amor animi arbitrio sumitũ, nõ ponitũ. Esse in tua manu amorẽ admittere, At postq̃ admiseris, iã te tui iuris nõ esse, sed illius. nõ licere illũ eijcere, quũ libebit. Quis talẽ hospitẽ libens excipiat: quis domo sua nõ arceat: Amor enim primũ oĩm, quo ipse immoderatius in aĩo nr̃o dominetũ, & oĩa pro libito conturbet, sursum ac deorsum inuoluat, ac misceat, mentẽ ipsam excæcat, vt quũ nihil cernat, cognoscere nec possit quid domi suę agatũ, sed totũ se arbitrio amoris tractandũ, & agitandũ, pmittat. Atrox venenũ, quod luminibus nos orbat, & excæcatos p mille abrupta raptat, p totidẽ præcipitia trahit, & plerũq; in exitiabilẽ voraginẽ deuoluit, Nullũ adeo est vl' inhumanũ, vel immane facinus, vel sic inauditũ, quod nõ subeamus, si in hoc amori parendũ sit, Fraudare amicos, occidere cõsanguineos, parentes iugulare, trucidare quos peperis, leuia sunt propter amorẽ, Nec illa grauia, a stirpe patriã, regionẽ, genus

genus humanũ excindere. Quæ inter hęc memoria sancti, pij, æqui, deus, & religio, & bona mens, nugæ oĩa, ꝓpriæ sa lutis iã oblito. Qui sanus est, & hæc reputãs, nõ dat operã, quo in hãc mentis insaniã phrenesimq́ꝫ nunq̃ incidat, nimirũ dignus is est, q ꝑpetuo illa teneat̃, nec inueniat suorũ malorũ finẽ aut modũ, sed exagitet̃ diebus ac noctibus, face illa Cupidinis, nec cibũ sumat, nec dormiat, nec videat, nec quiescat, & quũ sit homo, nullo tñ humano munere fungat̃. Affectus hic, quũ animos mortaliũ oĩm impotentiss. rapit, tũ vero fœminarũ, quo circumspectius cauere illis expedit, ne sensim illũ insciæ admittãt. Illabit̃ eñ qñq́ꝫ improuisus ijs, q in discrimina adducti, & in occasionibus positi nõ laborãt, quo affectu inuadant̃, amorẽq́ꝫ vbi primũ irrepsit, tan q̃ blandũ & suauẽ amplectunt̃, & fouẽt ignari, quod venenũ, q̃ ꝑniciosum, & horrendũ sub illa frontis blanditie occultũ. Itaq́ꝫ primis quibusq́ꝫ occasionibus fortiter obsistendũ, quod & magister amorum Ouidius consulit. Ne sine adolescere paruulos Babylonis, sed iuxta præceptũ Psalmistæ, allide illos ad petrã, & cõminue in firmamento religionis, Christo Iesu, q in Canticis virgines admonet, inquiẽs. Capite vobis vulpes paruulas, q̃ demoliunt̃ vineas, & eo suadet accuratius capiendas, si vinea bonorũ fructuũ iã flores ostendit. Accipit amor vires ex mora, vt alię res ꝑmultę

Vidi ego quod fuerat (inqt Ouidi.) primo sanabile vulnus,
Dilatũ longæ damna tulisse moræ.

Nõ audiendus amator, non magis q̃ incantator, aut veneficus, aggreditur hic dulcis & blãdus, & primum puellã laudat, captum se dicit eius forma, postremo perire præ amore, Videlicet non ignorat multarum vanos animos, quæ vnice laudibus suis delectantur. Sic volucrem auceps fallit, vocat te formosam, venustam, ingeniosam, facundam, nobilem, & forsan nihil horum es, sed tu illa mendacia libenter audis, stulta putas te videri talem, quum non sis. Sed fac esse, num etiam prudentem adiecit? num pudicã? si non ad-

iecit,nihil dixit,si adiecit,quid a te sperat?si sperat,mentitus est,Quomodo igitur orauit?captum se ait istis tuis dotibus. Quid inde?periturum ni potiatur.Hinc illæ lachrymę.Vide iam tu ne & ipsa illius verbis capiare, ac pariter & vna pereatis.Moriturum se dicit,atque etiam(si dijs placet)iã iam mori,credis tu hoc?Demens proferat ille tibi,quot amore perierint ex tot amatorum millibus?Excruciat quandoque amor, nunq̃ necat. Quod si perit,quanto melius est tibi illum perire,q̃ te,aut etiam vnũ perire,q̃ duos. Quid attinet explicare,vt cognitum,& vulgare sit, id carmen amatoribus vt omnes memoriter teneãt, quum sæpe ne gutta quidem amoris sint attincti, solum id occinunt,vt fallant. Quod si te fruantur ad satietatem,ibi ostendent,quantum amarint Si amasset te,hoc est animum tuum, q̃ diu fuisses, nunq̃ eũ fastidium aut satietas tenuisset tui, sed quia corpus tantum amabat,& breuem voluptatem, ideo flaccescente corpore,euanuit amor,& expletus voluptate fastidiuit copiam. Non sunt rara exempla, nec vetera necesse est aduocare. Nullus est tam rerum imperitus,qui non audierit,qui non viderit,sexcenta millia virorum vbi puellis essent abusi, abiecisse illas plerumque in fornacem aliquem,quũ eas nũq̃ amassent. Alios qui adamarunt,ex ardentiss.amore in capitale odium versos,cecidisse aut iugulasse amicas. Nulla est ciuitas,in qua non quotidie hæc audiatur, vt magis mirer amentiam puellarum,quæ se in tantum malorum mare,vltro demergunt,vnde quæso tam frequẽtia lupanaria?(præfandus est honos)sed hæc non sunt tacenda,quorum similia non dubitauit Hieronymus eloqui.Vnde tot prostibulæ,etiam honesto natę genere?vnde tot in ptochotrophijs & valetudinarijs vlcerosæ,etiam adolescentulæ? vnde tot stipem poscentes pallidæ ac ægræ? nisi ex istis exemplis. Si nullus te virtutis,nullus probitatis, pudicitiæ,religionis respectus mouet, si nulla sanctarũ virginum reuocant acta,hi saltem miserarũ puellarũ casus flectant,qui te indu

bij manent, si eandē, quā illæ viam ingrediaris. Fallet enim te amator, vel quia solitus fallere, vel quia hoc est præmiū obscœni amoris, vel quia id suadet fastidita iā ex copia voluptas. Proderūt etiā multa ex ijs, quæ in custodia pudicitiæ diximus, vt nec victus ratio alat amorē, nec ocium, nec conuersatio cū viris. Apud Lucianū Sophistam quærit ex Cupidine mater Venus, cur quum Iouē, Neptūnū, Apollinem, Iunonē, se etiam matrē, deniq; omnes Deos iaculo feriat, Mineruæ, & Musis, & Dianæ manum nō admoliatur? Minerua (inquit ille) mihi venienti cōminatur, hæc occasionibus it obuiā, & resistit. Musæ vero, reuerendæ sunt & semper honestis exercitijs laboriosæ, hæ ocio ab amore se vindicāt. Diana in siluis & solitudinibus errat, hæc amorem non haurit cōsuetudine. Multū enim amoris per sensum se insinuat, quod postea teneris cogitationibus alitur & excrescit. At capta est forsan puella. Remediū quærendū est plagæ anteq̄ cogat id perpetrare, quod pœnitētiam æternā afferat. Primū hoc dolendū, q̄ in eā te voraginē videns, prudensq;, conieceris. Nec audiēdi sunt, qui fuisse in manu sua negent amorē nō admittere, vox ea est hominū prætexentiū crimini suo excusationē necessitatis, tanq̄ inuiti fecerint, & ignorantiū amoris naturā, ac vim. Cogitandus est igitur æque versiculus Mimi. Amor extorqueri nō potest, elabi potest, quod aperte indicat nō amorē vi irrupisse, nec vi pellendū, sed vt illapsus est, ita sensim a nobis exprimendū. Non sines vagari animū tuū, nam eo sponte sua reuoluetur, si non cohibeatur. Interdū tamen consyderabis, q̄ multa egeris stulta, cæca, sine mente, sine sensu per amorē. Quomodo tantū boni tēporis in eo triueris inutilibus & stultis curis, in quo amiseris occasiōes optimarum rerū. Qua face arseris. Quæ multa cogitaris, dixeris, feceris partim inepta, partim insana, partim etiā impia. In quātum malorū seminariū te præcipitabas cæca, quantū est beneficiū te oculos recepisse, ac ad meliorē redire mentem velle,

haud mediocre dei munus hoc esse, nec paruã ei ob illud deberi gratiã. Tu redi ad opus aliquod. Cura ne rẽ amatã aspicias, ne de illa audias, si cogitatiõi occurrit, animũ alio verte, vel lectiõe, vel oratiõe, vel sermone aliquo, vel etiã cãtiuncula honesta, vel cogitatiõe rei iucunde, modo puræ, & castæ. Tu si quid is, quẽ amas, vicij habet, si quid deformitatis id fac potius cogites, q̃ si quid boni, & pulchri. Nullus est mortaliũ, in quo nõ sit quod improbes, id occurrat primũ de illo cogitãti. Tũ reputa latere ingẽtia sub virtutis specie mala. Multa sub honesti facie perniciosa. Superbos & fastidiosos forma facit. Nobilitas insolẽtes. Diuitiæ intolerabiles. Robur corporis immanes. Volue aĩo nõ si quid dixerit, quod placuerit, sed si quid, quod displicuerit, aliquid vel egit, vel dixit ineptũ, stultũ, fœdũ, tetrũ, abhominandũ nequiter, flagitiose, demẽter, nefarie. Ex hoc quod prodijt fac coniecturã qualia sint alia, q̃ intus maxima cura occultẽtur, nã nemo quantũ potest, vicia nõ celat, nemo nõ virtutes ostẽtat, ita fit vt & hæ sint semper minores, q̃ videantur vicia vero maiora q̃ appareãt, hinc etiã affinitatibus viciorũ & virtutũ fallimur, quũ quisq; melior q̃ sit, studeat videri, & nos etiã imperite. & ad vulgarẽ trutinã virtutes examinamus. Igitur liberalẽ vocamus, qui sit profusus. Fortẽ, qui temerarius. Eloquentẽ, qui loquax. Ingeniosum, qui leuis. Istis sæpe capiũtur puellæ, quũ nec ipsæ satis vindicare sciant, & de homine iudicẽt ex eo, qđ extrinsecus oẽs vidẽt, præsertim quũ nemo ad amicã accedat, qui nõ se in habitũ cõponat, & optimi & fortunatiss. viri, ne quid ei credatur deesse, quod in aliquo mortali expetendũ videatur. Hunc in modũ stultis puellis imponũt, quũ tenuissima boni specie horrẽdas malorũ facies cõtegũt, vt aucupes viscũ cibo & hamũ piscatores esca. Hæc oĩa reputare puella debet: anteq̃ sera teneatur pœnitẽtia, & incipiat sapere, quũ nihil iam proderit. Q. si amorẽ prorsum exueris, tũ velut sanitati restituta, redditis luminibus, intelliges q̃tũ vel hoc beneficio

Deo debeas, qui te ex numero dementiũ exemptã inter sa
pientes collocarit. Quæ enim sancta fœmina Christiana,
quæ habita inter gentiles vel mediocriter prudẽs & pro-
ba adamauit unq̃, nisi maritum suũ? Nec cupies hoc amo-
ris genere te amari, neu artibus ignes viri accendes impro
ba, peruẽturo & ad te, facile incẽdio proximo. Gloriantur
se quædã habere amatores quos dedita vrãt opera. Scelera
ta nõ vides te hũc in ditionẽ diaboli tuis fraudibus impel-
lere? eodẽ & tu itura cũ illo, vt ministerij tui mercedẽ acci-
pias? & ille ardeat quia victus diabolo? & tu quia diabolo
victrix? vterq; stipendia meretur ampla, stipẽdiũ vero pec
cati (inquit Apl's,) mors.

De Amore virginis.

AT ne omnino amoribus puella careat. Nam videtur
hominũ genus ad amorẽ esse appositũ & cõcinnatũ
vt inter se charitate quadã copuletur, sed nõ Cupidi-
ne isto, nec Venere terrestri carnea, spurca, cæterũ cœlesti,
(vt inquit Plato) spiritali, quę sctõs amores immittit. Habes
primũ, quẽ ames, Patrẽ Deũ spõsum Christũ, habes matrẽ
eius, & sororẽ tuã, Diuã virginẽ. habes Ecclesiã Dei, habes
tot virgines sanctissimas, quarũ animæ in cœlis agũt beatę
nomina in terris sacrata sunt. Habes parentes, qui te genue
rũt, qui tibi sunt Dei vice, qui te tanto labore aluerunt, tãta
educarũt cura, quos & ames, & quantum opis erit tuæ, iu-
ues. Eorũ iussa semper habeas sacrosancta, modesteq; illis
pareas, nec in animo sit, nec vultu & gestu aliquam osten-
das cõtumatiam, putesq; illos imaginẽ quandã solidam &
veram tibi referre illius rerũ omnium parẽtis Dei. Habes
animũ tuũ tibi vel naturæ voce cõmendatũ, habes in alijs
virtutes & animos Christo deditos, habes eos, qui te volũt
seruare, deniq; æternã lætitiã, summamq; illam, & nunquã
finiendam felicitatem. Quæ omnia vere si ames, nec Deo
præpones hominem, nec sponso Christo iuuenem scorta-
torem, nec Diuæ virgini lænam, nec Ecclesiæ dei lupanar,
nec consortio sanctarum virginũ cœtũ impudicarum, nec
paren

parentibus extraneos, nec aĩo tuo corpus, nec alienas virtutes vicijs, nec animos Christi cultores, animis diaboli ministris, nec eos q̃ te seruatã volũt, ijs q pditã, nec breuissimã & momentaneã delectatiunculã æternæ lætitiæ, nec inferorũ miseriã beatitudini suis oĩbus numeris absolutæ. Ita magis apud te valebũt dei iussa, q̃ hominis dolosi suasus, & males Christo fidẽ habere, q̃ verbis incesti nebulonis, & sequeris potius quo te ducet Diua virgo, q̃ quo libido, & chariorẽ habebis, quẽ illa tibi conciliarit, q̃ quẽ Læna, & ecclesię leges nõ violabis, vt serues fornicis, & males numerari inter Catherinas, Agnetes, Claras, Teclas, Agathas, q̃ inter impudicas, quarũ vt vita Deo, ita & noĩa hominibus ignorata sunt, vtraq; sunt diabolo cognita, atq; explorata, nec deseres parentes, vt amatores sequaris, nec æternũ relinques eis animi mœrorẽ, vt exiguũ des fraudulento amatori de te gaudiũ, nec males corpori tuo bene esse q̃ aĩo. & gaudere corpus tristi mente, nec auscultabis potius, quid ex scelere quis dicat, q̃ quid ex virtute, nec credes citius satelliti diaboli, q̃ ministro Christi, nec committes te ei, qui vult perdere, sed qui vult seruare. & eliges potius perfecta & æterna in cœlis perfrui lætitia, q̃ hic falsa imagine gaudij attingi, eandem vt fugacissima, sic & mœrori adeo permista, vt maior merito pars mœror dici debeat. tũ horrebis magis illã sine fine miseriã, q̃ captabis voluptatẽ hanc mundi, si modo sit hoc noĩe censenda, voluesq; aĩo illud sancti viri, Momentaneũ est quod delectat, æternum quod cruciat. Tibi ergo tot ac tantis amoribus occupatæ, Dei, Christi, Mariæ, ecclesiæ, virginũ, parentũ, tui ipsius, beatitudinis diuinæ, quis vacabit locus obscœnitati? nõ erit tã impudẽs & temerarius Cupido vt feriendũ sibi eũ locũ putet, tã venerandis custodibus munitũ, ac septũ, qui etiã musas reuererẽ, & si ausit, in illũ certe suũ sibi telũ retorquebitur, nã vbi hæreat in puella, non inueniet.

DE QVAERENDO SPONSO.

Sapiẽs

SApiēs poeta lib. duodecimo Aeneidos, quũ Latinũ & Amatã coniuges cũ Turno colloquentes fecisset, Lauiniæ, cui Turnus maritus destinabať, lachrymas tantũ dedit & ruborē, nõ verba, significãs virginē nõ decere loqui, vbi mater & pater de coniugio ipsius verba faciũt, sed totã curã parentibus mandare, a quibus nõ diligiť minus, q̃ a se, nec minus sibi consulturos parentes existimet, q̃ sibi ipsam. Primũ vsu rerũ & prudentia maiore, deinde charitate nõ minore. Adde q̃ decorũ nõ est, virginē vel optare nuptias, vel certe hoc declarare. Romanus mos fuit, inter matronas illas exemplaria pudicitiæ, vt nupta quo primũ die ad mariti domũ ducebať, ipsa p se nõ ingredereť viri limen, sed introferreť sublata, ceu vi, quod indicaret, eã nõ vltro ad eũ locũ venire, vbi amissura virginitatē esset. Ipsa ergo dũ illa cogitatio parentes occupat, votis negociũ adiuuet, Poscat purissimo affectu a Christo eiusq̃ mr̃e, vt is contingat sponsus, qui nõ deterreat aut impediat a cultu pietatis, sed inuitet, adhorteť, adiuuet. Patres, dictũ illud in mentē reuocent Themistoclis Græciæ principis, qui consultus a quodã vtri collocaret filiã, diuiti malo, an pauperi bono, malim inquit virũ sine pecunia, q̃ pecuniã sine viro. Tũ etiã factũ Pittachi Mytilenæi, quē quũ rogasset iuuenis, quē duæ appetebant, altera opulentiss. & genere magno, altera ipsi æqualis, & genere & opibus, vtrã duceret? Sapiēs illũ ad pueros ludētes remisit, q ex ludi legibus subinde clamitabãt, tu tibi sume parē, admonēs hoc esse faciendũ. Magna cura est deligere filiæ maritũ, nec leuiter est suscipienda, nõ est nodus, q facile soluať, sola illũ mors rumpit. Aut in ppetuã fœlicitatē adducũt parentes filias, si bonis dãt viris, aut in miseriã totius vitæ, si malis. Hic multũ cogitandũ, versandũ aĩo, consulendũ, deliberandũ, anteq̃ statuas, multa sunt in coniugio fastidia, multa toleranda molestiss. Vnica res potest fœminæ facere coniugiũ leue, si bonus & prudēs cõtingat vir. O stultos parentes, O stultas puellas, quæ vel formosos, vel diui-

tes,vel nobiles præfertis bonis,habituræ perpetuũ cruciatũ,Nubis formoſo,hũc forma ſuperbũ facit.Nubis diuiti,hũc diuitię faſtidioſum,Nubis nobili,hũc genus inſolentẽ. Si formoſo iungeris propter formã,in quo nec mens eſt, nec probitas,nec mica ſalis,quemadmodũ ſolet vſu deprehendi,vt in iſtis pulchris hoſpitijs,ſit turpis hoſpes,ſicut dixit Sapiẽs ille græciæ,eadẽ mente poſſes,vel ſigno,aut tabulæ nubere.Vis vxor eſſe ſtulti opulenti propter opes? ſic velles ſtatuę aureæ,Vis nobilis,ſpurci & intemperantis propter ſanguinẽ,cur nõ potius ſtatuã Scipionis eligis,aut Cæſaris?Et quanto eſſet ſatius nubere ſignis,tabulis,& ſtatuis q̃ malis,ſtultis,& inſanis viris?Itaq; nõ bñ illis improbos & dementes comparaui,melius vel aſinis,vel ſuibus, vel leonibus,& lupis contuliſſem.Equidẽ fabulã eſſe credebã Paſiphaen concubuiſſe cũ tauro,& alias mulieres tetriora perpetraſſe,nũc mihi factũ eſt veriſimilius,poſtq̃ fœminas vidi libenter cũ ſpurcis,& ebrijs,& iracundis,& ſtolidis,& ſtupidis,& immanibus,ac ſanguinarijs volutari. Quid inter iſtos & aſinos,ſues,tauros,apros,vrſos intereſt? Quę malũ dementia eſt eiuſmodi hoĩm generibus delectari(ſicut Plutarchus inquit)a ſapientibus,vt quædã faciũt,& modeſtis viris,nõ ſecus atq; a venenatis animalibus abhorrere ac fugere?vt nõ abſurde dixerit quidã noſtrati carmine luparum naturæ fœminas eſſe in deligendo,quæ ex multis maſculis,qui ſectanẽ,viliſſ. ac putidiſſ. ſumit. Vnde & ab eo ingenio tranſlatũ ad mulieres luparũ nomẽ,Atqui viri nõ capiunẽ fœmina,niſi dos aliqua,vel fortunæ,vel corporis, vel ingenij in ea eluceat.Mulieres quędã ſępe amãt quoſdã, tantũ q nihil amore dignũ habẽt,quo apertius ſe nulla duci ratione oſtendãt.Quod dictũ eſt de pleriſq;,quibus nihil eſt commercij cũ aĩo,totæ corporibus innixæ atq; commiſtæ,in quas paulo acrius ſum inuectus,q hæ multos bonos iuuenes dementant,& ſpurcitiæ ac ſtoliditati tradunt,quũ ſtudentes fœminis placere,vident ſe aliter illis gratos eſſe non

nõ posse, nisi ab humano ingenio q̃ longiss. recedãt. Nam vt pueri lusibus dediti, qui per ætatẽ altius nil & præstantius sapiunt, eos admirantur solos, qui in suis ludis dextere se gerũt, sic fœminæ delicijs, voluptatibus, lasciuiæ, dementiæ addictæ, eos demũ sapientes opinantur, qui eiusmodi rebus plurimũ valẽt, quicquid saniorẽ mentẽ resipit, amentiã censent, ita eo corruptelæ iudiciorũ veniunt, vt stultos ament, colant, habeant in precio, sapientes existiment, contra vero sapientes auersentur, oderint, despuant, magno fastidio contemnant, & stultos pronuncient, velut incensi febre mellita dicunt fellea, & suibus gratius olet cœnum, q̃ amaricinum. Quid de illis sperandum est, quarum iudicia tam turpiter sunt a vicijs deprauata? At vero puellæ, quæ votis, vel tacitis, vel etiam apertis optant eos, in quibus aliquod ex istis exterius, seu naturæ, seu fortunæ dotibus, quæ vulgo bona dicuntur, enitet, nec curam interiorum habent, quandoquidẽ nobilius & præstantius, quod in animo est, præ viliore ac despicatiore quod foris existit, contempserunt, dignæ sunt quæ perpetuum sentiant dolorem, & dent pœnas sui errati, q̃ diu vixerint. Dementissima puella, mauis semper dolere in auro & serico, q̃ lætari in ære & panno laneo? mauis odio haberi ac vapulare in purpura, q̃ diligi & complecti in simplici ac vulgari colore? si illa mauis, habe quæ optasti, & ne queraris tibi ea contingere, quæ ipsa manu tua cœpisti prudens. Quid, ꝙ maritos plerosq; accepimus sola stultitia vsq; ad vxorum necem euectos? Iustina nobilissima Romana virgo, puellas ætatis suæ forma supergressa, quum locupleti quidem, sed stolido & furenti iuueni nuptum esset a parentibus data, ex sola sua pulchritudine marito in suspicionem venit, qui candidissimæ vxoris ceruicem conspicatus, inclinantis se ad calceum exuendum, furore ex zelotypa correptus, teneram puellam, & nouam coniugem iugulauit. cuius est illud Epithaphium.

Immitis ferro secuit mea colla maritus,
Dum propero niuei soluere vincla pedis,
Durus & ante thorum, quo nuper nupta coiui.
Quo cecidit nostræ virginitatis honos,
Nec culpa meruisse necem bona Numina testor,
Sed iaceo fati sorte perempta mei,
Discite ab exemplo Iustinæ, discite patres,
Ne nubat fatuo filia vestra viro.

Nec solum bene consulunt liberis parentes, probis & moderatis paribus illos coniungendo, sed sibi etiam, quippe parant sibi per generos aut nurus præsidia senectutis, si illi modesti & boni sint. Contra si scelerosi, hostes sibi asciscũt. De genero habemus exemplũ in Euangelio, Socrus enim Petri valida febre a domino liberata est, q̃ pro ea gener esset precatus. Tanti fuit illi generum habere talem, vt discipulum sibi adiungere dignatus sit Christus. De nuru in libro Ruth legimus. Quum rediisset in Iudæam patriã suã, ex Moabitide terra Noemi, mortuo marito, & filijs, comitata nuribus duabus Moabitidibus, altera earũ Orpha nomine domum reuersa est, ad gentem suam, Ruth vero secuta est semper socrum, quã & verbis consolata est, & opera sua aluit, ac fouit, ita in Ruth & amorem filiæ Noemi, reperit, & filij curã. Vere vidua & deserta fuisset Noemi, si non Orpha meliorem nurum habuisset, sed quia Ruth habuit nõ omnino videri poterat liberis orbata, nec quo nomine nuncupari volebat. Mara. id est amara. Quin quum Ruth Isai genuisset ex Booz, tã gratulatæ sunt mulieres ipsi Noemi, q̃ si illi non modo nepos esset ex filia natus, aut filio, sed filij septem, sic enim dicebant. De nuru tua natus est, qui te diliget, & multo tibi melior est, q̃ si septem haberes filios. Sed anteq̃ huic libro extremam manum addo, respondendum est insanæ cuidam puellarum, etiam matronarum, & imperitæ plebis, persuasioni, quæ expedire putant puellas nubiles, crebro conspici in publico, eleganter ac splendide

induiatq; ornari, versari & confabulari cum viris, facūdas esse, doctas saltare, & psallere, interdum etiam amare eum, quem sibi maritum destinent, sic enim fieri, vt facilius conditionem inueniant. Poteram ex ijs quę dixi, in vniuersum respondere, sed singula excutiam, vt non modo prudentibus satis faciamus, sed etiam rudibus, & inexpertis rerum. Quis enim vnq̄ cordatus vir hoc consuluerit, qui sciat nō esse mala facienda, vt hinc bona eueniāt: præcipue vbi mala præsentia certis. sint, bona nec certa, nec omnino procedere solita. Q. si non es aliter nuptura o virgo, nisi per has animi corruptelas, & per hæc discrimina pudicitię, præstat nunq̄ nubere, aut solum habere Christum sponsum, q̄ nubere diabolo prius, vt deinde nubas viro, imo vero vel duos habeas simul maritos, vel adulterum alterum, nēpe cui posterius coniuncta es, hominem scilicet. Quæ sint pericula, quæ mala in ijs rebus omnibus explicaui ante. Itaq; approbatam sententiam nostram puto ijs, quibus prima est Christi & pietatis cura. Nunc cum ijs loquamur, qui nefarie ac impie res mundi antiquiores rebus Christi habent. Duo video esse, quæ maxima potest ad virum afferre mulier, integram pudicitiam. & integram famam, nullus est tam stultus ac demens, nullus tam vel formæ, vel opibus deditus, nullus tam scelerosus, & perditis vitæ rationibus, qui nō ferat quamlibet vxorem, si hæc duo habeat. Et qui ferat, si nō habeat, iam quę puella integrius habet castitatem & famā: quæ domi est crebra, an quæ in publico: domi nulla occasio flagitij, foris vndiq; scatentes innumeræ. De puella domi abdita nemo fert iudicium, & censuram. De ea quæ est in publico, omnes, vbi labes & facillime diuersitate iudicātium aspergitur, nec facilius vsq; hæret, q̄ in puella. nec aliunde difficilius eluitur, q̄ ex ea. Vtram magis admirantur viri: vtram suspiciunt, & puditiorem rentur: quam vel raro vident, vel nunq̄: an quam vbiq; obuiam, etiam ad fastidium: Nec facile credunt recte seruari integritatē a puella,

 quæ

quæ tam frequens est in publico. Profecto ad cōditionem parandam audiri de puella magis conducit, q̃ eam videri, vt sunt diuersa hominum ingenia, & iudicia. Puella quę cernitur, aliquid vel dicit, vel agit, quod aut ipsi ducturo displicet, aut alicui ex ijs, quos habet in consilio, aut cuiq̃, cui habet fidem, ob quod vnum dirimuntur plerumq; coniugia iamiã coitura. Porro de vestibus & forsan fuco, si propter hæc duceris, non intelligis te odiosam fore, quãdo sine his eris? Atqui vt hanc domi personam aliquando deponas, necesse est, & verseris simpliciter ac detecte cum marito. An illud ignoramus, vt maxime placent ea, in quibus aliquod insperatum inuenimus bonum, ita maxime odio sũt, quæ nos speratis fraudant bonis? Si formosa videris spōso culta & picta, nec es, quum ille de tua forma magnam opinionem conceperit, necesse est te oderit, quũ se falsum intelliget. Quid? q nominare possum etiam in hac regione, & in mea, puellas complures natu grãdiores, innuptas adhuc, deterritis viris sumptuosis earũ vestibus, quibus vtuntur, tota (inquiunt) dos in vnam vestem, aut vnum monile expendenda erit. Ad hæc nimium cultæ, leues iudicantur & suspectæ sunt. Tum eas quæ libenter versantur cũ viris, quis non aliqua sinistra suspitione inurit? Atalãtam Iasidis Argiui filiam, quæ vrbicas aspernata delicias, syluis & venatibus dedita vixit, quæq; nobilem illum Calydonium aprum prima vulnerauit, hystoriæ narrant virginem fuisse venatricem, sed declamatores eius integritatem indubium vocarunt illo argumento, q sæpe cum viris iuuenibus in syluis vagaretur. Et de pudicitia puellę nullus est aduersus rumor tam exiguus, qui non velut olei macula ilico serpat & se diffundat, augetur enim sermonibus credulæ in viciũ turbæ. Deniq; quis est maritus tam patienti stomacho, qui facile vxorem toleret assuetam semper cũ viris cōuersari, & colloqui? qui nō malit eã, quæ cũ solo marito libẽtius sit q̃ cũ virorũ caterua? in qua alius sollicitat forma, alius opibus

bus,alius liberalitate,alius ingenio,alius facundia,alius nobilitate. Nam facundas esse puellas,hoc est garrulas.(quid enim est facundia in puella nisi garrulitas?) arguit leuitatē animi,& maliciā ingenij,ita vt ducturus viperam se ducere existimet,non vxorem, Loquaculam,& saltatricē, & dicacem,& ludibundā laudant iuuenes corā,simplicem appellant,festiuam,ingenue educatam,omnes vt facilius corrūpant,nemo vt ducat,omnes se potituros citius credunt tali,nullus eam vxorem libens accipit, quam se alijs tam facilem præbere videt, probant in præsentia, quæ illæ agunt, quia delectantur. Miseræ si,quæ postea seorsim dimoto velo inter se loquuntur,audirent;ibi demū cognoscerent, q̄ ex animi sententia & laudarint, & arriserint, & verbis ac vultu incitarint,intelligerent quū festiuam vocant,sentire illos loquacē,& garrulā,quum agilem.leuiorem animo,q̄ corpore,per ingenue educatam,lasciuam,per aulicam,petulantem significare,dixerunt simplicem & sine dolo,stultam subnotarunt,& quæ fœminæ decorum ignoret. At inueniunt istæ conditionem. Fateor nonnullæ. Sed quot nō inueniunt? Quanto plures nubunt,& melioribus viris & felicius,quæ non velut lenocinijs captāt viros? qui postea quum se captos sentiunt,mala tractatione mulieres enecāt Neq; enim bono & frugi marito veteris vnq̄,quem arte ac dolis circūuētū ad te traxeris. In summa si qs est vel adeo demēs,vel adeo neq̄,vt talē mulierē malit,q̄ solitariā,sub tristē,cultu simplici,taciturnā,ei det vicinus filiā suā, ego nō darē meā,nā necesse est leuitatē,& vicia amet,q ea grauitati,sctītati & cæteris virtutibus præferat. De amore dicēda sūt paucula, q̄ res maxima ex parte puellas misere decipit, & in mille pręcipitat casus. Qui cōstabit nō decere puellā, ne significationē qdē pręberevolūtatis cōiugij,et amare iuuenē vt nubas,si amas illū āteq̄ sit maritus tuus,q d ille ipse suspicabit̄ nisi tā te facile adamaturā aliū q̄ se,quē nōdū amatū oportebat? Vtiq; nō se solū amari credet,quū nō minor

sit caussa cur & alios ames, & postq̃ te duxerit, alios quoq; adamaturã, nempe vsq; adeo in amores ꝓpensam. Obtegãt hęc alij quibuscũq; volẽt coloribus, mulier quę virũ nõ maritũ suũ amat, si rẽ habet cũ eo, prorsum scelesta est, si nõ habet, aio lupa est. Nec refert, quẽ amet, vbi nondũ maritũ amat. Insana nunq̃ ne fando quidẽ audisti? plurimas istis intempestiuis amoribus adductas vt ijs obsequerent̃, quos maritos sibi sperabãt, hos vero vbi libidinẽ suã expleuerãt, elusas illas contempsisse? idq; merito & sapientiss. Indignę eñ sunt quas ducãt ij viri, qbus eĳsdẽ ipsæ declararũt posse se, cũ eo q legitimus maritus nõ erat, concũbere. simile & añ coniugiũ facturę cũ alijs. & in coniugio cũ mœchis. Nullus dies est, quo nõ hęc in omni ciuitate accidãt, nulla est tã ab omni auditione eorũ, q̃ in ciuitate agant̃, remota, ad quã eius modi nõ ꝑuenerint. Audio in hac regiõe, in qua viuo, refutatos a quibusdã procos, vnicã ob caussam, q nullus antea inter ipsos intercesisset amor, quippe negabãt posse se illos amare, quos añ coniugiũ nec amassent, nec nouissent, idẽ creberrimũ esse in Creta narrãt. Quid opus est tales animos v̾bis insectari? quos q̃ nõ videt esse impudicę, ea ꝑfecto multo impudicior est. Tu ergo nõ virũ diliges, q ipse tibi Dei legibus, Dei iussu, ac Deo velut ꝓnubo iunctus est, sed quia eius amori prius assueueris? ac illius conuersatione excalfactã libidinẽ ad thorũ affers? hoc idẽ & scorta faciũt, q̃ eã ob caussam amatores suos amãt, nec tu multũ scortorũ dissimilis es. Et ita puellis eiusmodi velut vltione diuina cõtingit, vt tota amoris flamma, quã in coniugio ardere cõueniebat, añ coniugiũ ardeat, & inter primos nuptiarũ amplexus deflagret, atq; extingat̃. Vñ illud vulgare v̾bũ, q ꝓpter amores cõiungunt̃ in doloribus viuũt, quippe solet in multis restincto amoris ardori maximũ odiũ succedere, q̃ res toti ciuitati magnarũ sępe fabularũ argumenta præbet, quũ ardentiss. amatores tribus aut quattuor post nuptias diebus rixatos audiũt, & ad pugnos ac fustes venisse, quũq; adhuc

ex pane in nuptiarum vsum parato domi superesset, diuortium fecisse. Nec mirum, durare non potest ignis, qui pabulo & fomento caret, nec amor, qui honestis amoribus non alitur, quando quidem nulla est (vt inquit Cicero) firma inter malos amicitia. Amoribus ergo non expedit connubia conciliari, nec tam turpibus & fragilibus nodis sanctam illam constringi charitatem. Cogitare vnusquisq; potest, quanto minus per dissidia, rixas, lites, mutua odia, vt quum foemina virum aliquem maritum esse contendit suum, & ediuerso vir foeminam aliquam vxorem. Nihil vnq̃ vel legi, vel vidi, vel audiui ineptius ac stultius, vt inuitum & renitentem trahas ad te illum, qui cum indiuidue victura es, & qui nisi te amet, misera sis futura, ceu vero cogi posset quis, vt amaret? non extorquetur amor, sed elicitur. Nec vnq̃ amicus erit, qui repugnans aliquo est pertractus, vbi & vinctus tenetur. Quanta dementia est ab odio auspicari mysterium sacratissimi amoris? Seruum medius fidius nolim inuitum retinere, quanto minus coniugem, non dico inuitum non esse virum arripiendum, sed neq; nubendum illi, nisi id coniugium libens ipse & auidus expetat. Neq; decet puellæ patrem vel curatores rogare aut ambire, imo neq; puellam offerre vltro, potius virum ipsum matrimonium poscere. Sic fieret, nisi omnia pecunia metiretur, & regeret. Nunc pecuniæ nubitur, pecunia ducitur, & (sicut festiuiter ac vere Seneca dixit) vxores digitis ducimus. Propterea tam crebra connubia tristia videmus, & infoelicia, quum vterq; coniugum pecuniæ se copulatum putat, non homini. Idcirco hanc velut legitimum cômparem arctiss. vterq; complectitur, vxorem vero ceu pellicem maritus, & maritum ceu adulterum vxor in vsum tantum libidinis diligit, cætera alter alteri inuisus atq; odiosus est. Qui rerum naturas integras purasq; conseruare volunt, nec deprauatis corrumpere iudicijs, coniugium copulam quandam esse reputant amoris, beneuolentiæ, amicitiæ, charita-

tis, pietatis, omnium suauium, dulcium, charorum nomi-
num vndique stipatam ornatamque. Quare nec futurum
inseparabilem socium fallacibus lenocinijs deci-
piunt, nec aperta vi raptant, & trahunt, sed
quod nomen vsurpari in eo negocio
solet, ducunt, aut ducuntur, idque
aperte, simpliciter, pure, in-
genue, ne alteruter aut
ambo etiam captos
se fraudatosque vel
coactos maxi-
mo vtriusque
malo con
queran
tur.

LIBRI PRIMI
F
I N I
S

SEQVITVR LIBER
S E
C V N
D V S

IOANNIS LODOVICI VIVIS VALENTINI DE INSTITVTIONE FOEMINAE CHRISTIANAE LIBER SECVNDVS, QVI EST DE NVPTIIS.

DE CONIVGIO.

NON est hic de coniugij, vel laudibus, vel vituperio dissẽrẽdi locus. Neq; sunt veteres quæstiones attingende, velut sit ne sapienti ducenda vxor? Nec illæ nostrorum hoĩm, de coniugio, celibatu, & virginitate, & aliæ quæ ab Augustino disputantur, & reliquis nostrę pietatis scriptoribus. Scio nõ defuisse, qui vehementer coniugiũ sint insectati. Nec hæreticos solũ, vt Manichæos, qui abstinere in totũ nuptijs iubebãt, quorũ error explosus atq; eiectus est, sed gentiles quoq;, qui de toto prope sexu sententiã ex quibusdã malis tulerũt, nimis vulgari more, q̃ de vniuersa gente solemus pronunciare, cognitis aliquot. Sic infames fuerũt Pœni pfidia, Cilices latrocinijs, Romani auaricia, Gręci leuitate. Deberẽt honestę matronę odio habere & insectari improbas, tanq̃ dedecus & labẽ totius sexus. Neq; vero sic vituperare vllus ausus est muliebre genus, quin rem optimã, auspicatiss. prosperrimã fateretur esse, bonã mulierẽ. Et quemadmodũ Xenophon in œconomicis inquit, maximũ ad viri fœlicitatẽ momentũ. Nihil est vsquam dulcius bona coniuge, ait sapiẽs Theognes, Xystus in sentẽtijs, viri gloriã illã vocat Euripides tragicus

qui exacerbatus duabus parum pudicis vxoribus, tragœdias suas conuitijs & maledictis mulierũ refarsit, dictusq́ est græco verbo fœminarũ osor, affirmare tamen nõ dubitat nullam esse tantam voluptatem, quantam boni cupiũt coniuges. Et Hesiodus poeta fœminarum inimicus, vt nihil infelicius ait viro, qui in malam vxorem incidit, ita nihil felicius, eo, qui nactus est bonam. Solomõ ille propter mulieres dementatus, & ex sapientissimo insipientissimus factus, quasi execrans facinora sua, sæpenumero in fœminarum reprehensionem magno rapitur impetu, sed ita tamen, vt plærũq; de quibus sentiat aperte eloquatur. In prouerbijs enim mulierem insipientem & audacem inopẽ panis effectum iri scribit, & ab vxore malefica sic consumi virum, vt lignum a teredine. At in eodem opere, quam splendidum est ac gloriosum mulieris probæ præconiũ. de qua inquit. Nobilis in portis vir eius, quãdo sederit cum senioribus terre, fortitudo & decor indumentum sanctæ mulieris, & ridebit in die nouissimo. Os suum aperuit sapientiæ, & lex clementiæ in lingua eius. Surrexerunt filij eius & beatissimam prædicauerunt, & vir suus laudauit eam. Multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu supergressa es vniuersas. Hæc & alia sapientiss. Rex, quæ a cordatiss. quibusq; magno consensu approbari video. Nã de cõiugio quid dispu tarint ingeniosi hoĩes, seu declamarint potius, nõ laboro. Tametsi docti oẽs, ducendã vxorẽ præceperũt, qđ & fecerũt ipsi. septẽ illi Græciæ Sapiẽtes vxorẽ duxerũt in primis deinde Pythagoras, Socrates, Aristoteles, Theophrastus Catones, Cicero, Seneca. Nimirum quod nihil magis viderent secundum naturam esse, q̃ viri & fœminæ coniunctionem, qua & hominũ genus in singulis mortale, in vniuersis fit sempiternum. Et id posteris reddis, quod a maioribus accepisti, ac velut naturæ gratiam refers. Aristoteles in libris moralibus ducendam ciuili viro vxorem suadet, non tantum liberorum causa, sed etiam cõuictus. Ea enim

est pri

est prima & maxima coniunctio. Ita profecto res habet. Ex illa cōmunione ac amicitia vniuersali, qua cuncti hoīes ceu fratres, ab vno rerū omniū parente deo deriuati conti nentur, qua nos natura ipsa quæ prope in omnibus hominibus eadē est, inter nos charitate quadam deuincit, arctior est illa, quæ inter eos, qui eisdem sacris cōmunicāt. Deducitur in angustius humanis institutis ac iure ciuili, & in ciues propēsiores, quā in exteros sumus. Ex ciuilibus chariores sunt necessarij. Ex istis amātur magis iuncti sanguine. Iunctorū sanguine, nihil est propinquius vxore, quam primus ille generis humani proautor primū visam professus est statim, os esse ex ossibus suis, & carnē ex carne sua. Et quū nondū vel patres essent vel matres, tamē legē tanq̄ naturæ verbis tulit. Propter hanc relinquet homo patrem & matrē, & adhærebit vxori suæ, & erūt duo in carnē vnā. Quis neget sacratissimā rem esse coniugiū, quod deus in Paradyso instituit, puris adhuc & integris hoībus, nec vlla macula inquinatis, in matre elegit, pręsentia approbauit, & in celebritate nuptiarū primū miraculorū suorū facere voluit, ibiq; ostēdere specimē diuinitatis suæ, vt declararet ad eos seruādos se venisse, qui & per sic cōiūctos perditi erāt, & per sic cōiūctos nascebātur. Verū hic de matrimonij laudibus nō scribimus, quas facūdiss. viri magnis sæpe orationibus sunt persecuti. Tantū sanctā fœminā instituimus

Quid cogitare debeat mulier quum nubit.

FOeminæ quum nubit, origo connubiorum in mētem reuocanda est, & leges illius animo & cogitatiōe crebro reuoluendæ, & sic ipsa se p arare debet vt tanto mysterio intellecto prius, postea satisfaciat. Princeps & cōditor immensi huius operis Deus, postq̄ hominem marē in orbem terrarum inuexit, non putauit congruum esse, illū relinqui solum, itaq; sociam illi adiunxit animantem, animo ac forma simillimis, qua cum versari, sociare sermones, suauiter degere ætatem posset. Postremum esset sobolis pro-

creatio, si liberet. Etenim coniugium non tam ad prolē sufficiendam institutum est, q̄ ad cōmunionem quandam vitæ, & indissociabilem societatem. Nec maritus nomen est libidinis, sed coniunctionis affinitatisq;. Fœminā deus ad marem duxit. Quod aliud non est, q̄ deum ipsum nuptijs authorem conciliatorēq; præfuisse. Ideo Christus in Euangelio coniunctos a deo nominat. Vir ilico vt fœminam generis sui conspicatus est, vnice illam amare cœpit, dixitq;. Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro ex carne mea. Hæc vocabitur virago, quia de viro sumpta est. Propter hanc relinquet homo patrē & matrem, & adhærebit vxori suę, & erunt duo in carnem vnam. Quum in carnem vnam dicitur, vna caro intelligenda est, porro caro hominem significat vtrūq;, ex Hebræi sermonis proprietate. Itaq; qui prius duo erant homines, conglutinati matrimonio fiūt vnus. Hoc est coniugij mysteriū admirandū, sic copulare coniuges & cōmiscere, vt vnū faciat ex duobus, quod & præstitit in Christo & ecclesia, sicut docet Apl's Paulus. Hoc nulla vis valeret efficere nisi diuina. Necesse est sanctissimam rē esse, cui sic peculiariter adest deus. Itaq; nō ad choreas se venire fœmina, aut ad lusus, aut ad cōuiuia arbitretur, quū huc veniet, altius ipsi cogitādū est. Deus est auspex, Ecclesia pronuba. Qua de causa quod tātis authoribus fixum & coniunctū est, nō sinit Christus a quoq̄ mortali, vel refigi, vel dissolui, dicēs in Euāgelio suo. Quod deus coniunxit, homo ne separet. Quod si separari nefas est, & nodus ille nō est humanis manibus soluēdus, quē constrinxit Deus, nec alius debet tētare aperire, quod clausum esset claue Dauid, quā solus habet agnus ille immaculatus. Iā nunc initio sic te honesta para fœmina, vti eo modo tibi cōiūgas amore, quē cōiunxit sacramento Deus, vt colligatio facilis tibi ac leuis fiat, nec solutū nodū velis, nec te ac cōparem tuū in molestiā inextricabilem cōijcias, perpetuāq; miseriam. Nā magna pars huiusce rei in tua manu sita est, vt vel, pudi

citia

citia & modestia & moris gestiõe cõmodo vtaris marito, & fœliciter agas, aut vitijs animi corporisq; duro atq; aspe ro, cruciatúq; tibi pares, ne morte quidẽ finiendũ. Eris quidẽ perpetua in pistrino ancilla, laborabis, trahes molã, plorabis, afflictabis te, execraberis diẽ quo illi thoro iũcta es, execraberis illũ quo es nata, & parẽtes, & consanguineos, & quotquot eiusmodi matrimonio suã operã cõmodarũt si maritũ tuis vitijs offensum in tui odiũ adduxeris. At vero eris iucũdis in ædibus dña, letaberis, exultabis, bñ præcaberis diei quo nupta es, & ijs qui te illi iunxerunt, si tuis virtutibus & modestia amabilẽ te illi præstiteris. Sapiens enim ait Mimus. Bona mulier ad virum parendo imperat Plinius iunior quũ vxore vteretur ex animi sentẽtia, vicissim se illi mitem ac suauem præberet, Hispulæ vxoris suæ amitæ gratias & suo & vxoris agit nomine. Ego (inquit) quod illam mihi, illa quod me sibi dederis, quasi inuicẽ elegeris. Super hæc omnia caput illud cõnubialiũ legũ primũ & haud scio an solũ, erunt duo in hominẽ vnũ, cardo est coniugij, vinculum sanctissimę societatis. In hunc velut scopũ si cogitat dicta, facta, mulier direxerit, rectissime atq; integerrime connubij sanctitatem vt seruet, optimeq; ac beatissime viuat, necesse est. Hoc obuersari semper debet animo castæ mulieris & probæ. Huic legi vt satis faciat, eam vt operibus suis exprimat, & repræsentet, dies ac noctes meditabitur, non ignara nullam ei virtutem defuturam, quæ legem hanc seruarit, vt putet se vnum esse cum marito, & ita viuat, vt plane vnum esse & videatur, & sit, nullam adfuturam ei, quæ non fuerit. O diuini sermonis adorandæ vires, tria tantum verba dixit, & quęcunq; longissimis orationibus mortales non tam explicant, quam explicare laborant, expressit. Nullam fero aliam coniugijs legem, sola hæc sufficit, sola hæc quæcunq; vel humanum excogitare ingenium, vel mortalis eloqui posset facundia, comprehendit. Credat fœmina non mihi, sed primo nostri

generis parẽti Adę, imo vero pareat Christo iubenti in Euã gelio Matthei vt sint duo in hominẽ vnũ, & absoluit numeros oẽs sanctæ vxoris. Liberati eramus labore scribendi hoc vno dei præcepto, si tam alte in mentes mulierũ penetrasset, vt intelligere facile, vt cõtinere atq; exequi possent. Sed quo hæreat fixius, & radices firmiores ducat, multis volutũ & tractatũ modis, varijs effictũ formis ponendum sub oculos, docendũq; erit, quo capi melius, tenerícq; possit. Meminerit tñ prudẽs mulier, quęcũq; dixerimus, illud vnũ pręceptũ esse, velut hominẽ eundẽ, mutato cultu.

Duo maxima in muliere coniugata.

INter cæteras coniugatæ fœminæ virtutes, duas adesse oportet maximas, & prestãtissimas, q̃ solæ si adsint coniugia possunt firma, stabilia, ꝑpetua, facilia, leuia, dulcia, beata reddere, si alterũ absit, infirma, grauia, inamabilia, intolerabilia, miserrima. hæ sunt, pudicitia, & amor in virũ summus. Prius illud, paterna domo debet afferre. Posterius ingrediens mariti limẽ sumere. Vt relictis parẽtibus, cõsanguineis, necessarijs oĩbus, in viro se oĩa inuenturã credat. In vtroq; imaginẽ referet ecclesiæ, quę et castissima est, fideq; tenacissime seruat sponso suo Christo, tot intrinsecus petita procis, baptizatis hęreticis, tot extrinsecus oppugnata gentilibus & iudæis, nunq̃ tñ corrupta est, & in Christo suo, oĩa sibi bona posita esse ducit. Castitas in coniugata debet esse maior etiã q̃ in cœlibe. Nam si nũc eã inquinas, & violas (quod auertat deus) vide quot simul vno flagitio offendis ac ledis, quot irritas aduersum te vindices. Tam multi sunt & graues, vt inter quosdã delectus vix haberi possit, congerã tibi illos sine ordine, & añ oculos ponã. Ledis primũ duos, quibus nihil, neq; maius, neq; melius, neq; charius tibi esse conuenit, Deũ, quo autore estis coniuncti, & per cuius numẽ puritatẽ thori iurasti. Tũ Deo proximũ, maritũ, cui vni dicasti te, in quo oẽs oĩm charitates & pietates incesta violasti. Nã tu es ei, quod Eua Adæ, filia, soror, socia, vxor, quid

dicã

dicã alterũ te esse in quo etiã desperata mulier perinde est, ac si tibi manum intulisses, si te præfocasses, aut iugulasses? Dissoluisti maximã oĩm coniunctionẽ. Rupisti perfida sanctissimũ rerũ humanarũ vinculũ, fidẽ, quã multi etiã armatis hostibus datã, cũ certa sui pernicie seruauerũt. Tu marito rupisti, & ei pectori quod charius tibi tuo ipsius esse debuerat. Polluis mundissimã ecclesiã, quæ in te coniungendo manus suas accommodauit. Dirimis ciuilem societatẽ. Violas leges. Ledis patriã. Cædis amarissimo flagello patrẽ. Verberas tristẽ matrẽ, sorores, fratres, propinquos, affines, necessarios. Es exemplo tui æqualibus ad scelus. Inuris notã æternã generi tuo. Crudelissima mater adducis filios tuos in eã necessitatẽ, vt nec de matre audire possint sine pudore, nec de patre sine dubitatione. Quomodo plus peccãt, aut maiore facinore se contaminãt, qui patriã euertunt, qui leges & iustitiã tollũt, qui parentes iugulãt, qui sacra & prophana contemnũt & polluũt? Quos deos, quosue homines putas tibi propitios esse posse? Te ciues, te leges, te iura humana, te patria, parentes, cognati, te maritus damnãt & puniũt. In te Deus læsam abs te & conculcatã maiestatẽ suã atrocissime vlciscet. Et ne sis ignara mulier, pudicitiã & & castitatẽ habes tu quidẽ, sed creditã iã & commendatã a viro, quo iniquius est te dare quod alienum est, dño inuito. Hinc Lacæna illa coniugata iuueni rẽ fœdã roganti, darẽ, inquit, si meũ peteres, nã quod petis, patris erat, quũ essem virgo, nunc vero mariti. facete illa quidẽ & argute. Sed ad bonas mulieres commonefaciẽdas prudenter Apostolus Paulus ecclesiã dei docẽs, inquit. Mulier nõ habet potestatẽ sui corporis, sed vir. Quod dictũ vsqꝫ adeo rẽ oẽm turpẽ tetrãqꝫ arcere a muliere nõ ꝑditissima par est, vt etiã Augustinus ne ꝑpetuã quidẽ continentiã probet in coniugata, nisi & probarit vir. Reprehendit Celantiã optimã matrẽ familias, siue Hieronymus, siue quis est alius, q ad eã scripsit, vir haud dubie sctũs, ꝙ continentiæ ꝑpetuæ votũ suscepis

 set, ma-

set,marito inconsulto. Ne ad bonū quidē continentiæ ius habet in corpus suū fœmina,cogitet quisq; ad impudicitiæ malū quantū habet. Vituperaт̄ continentia inscio marito, quid fiet adulteriū inuito marito? Audi quibus verbis vtiт̄. Sed illud quoq; didici,quod me nō mediocriter angit ac stimulat,te videlicet tm̄ hoc bonū continentiæ absq; consensu & pacto viri seruare cœpisse,quū hoc apostolica omnino interdicat autoritas,quæ in hac dūtaxat caussa nō modo vxorē viro,sed etiā virū vxoris subiecit potestati. Vxor,inquit,sui corporis potestatē nō habet,sed vir. Similiter autē vir potestatem nō habet sui corporis,sed mulier. Tu vero quasi oblita fœderis nuptialis,pactiq; huius ac iuris immemor,inconsulto vouisti dn̄o castitatē. Sed periculose,pmittiт̄,quod in alterius potestate est. Et nescio q̄ sit grata Deo donatio,si vnus offerat rē duorū. Ad hūc modū ille. Qui si ob rē sanctā,quod iuris ipsius nō erat,tam acriter honestissimā matronā obiurgat,quibus vtereт̄ verbis in nefaria de re fœdissima insectanda. Et vt intelligas quantū & Deus & homines crimē esse adulteriū censent,Christus in Euangelio suo quū retinendas omnino vxores censuisset,nec vllā permisisset diuertendi ansam,vnicū adulteriū excepit. Ferenda igitur temulenta,iracunda,malis moribus,luxuriosa, gulosa,vaga,iurgatrix,maledica,Solā licet adulterā repudiare. Aspera quidē & reliqua vitia,sed tolerari possunt. At fidem thoro nō seruasse,intolerabile est. Homerus inter execrationes & diras in viros,illā vel pręcipuā ponit,eorū vxores alijs viris misceanт̄. Iob quoq;. Si insidiatus sit ad ostiū amici sui,hoc sibi imprecaт̄,Scortū(inquit)alterius sit vxor mea,& super illā incuruenт̄ alij. Hæc nimirū nō Christianæ tantū sanctæ fœminæ intellexerūt,sed & Gentiles. Ex quibus fuerūt aliæ,quę pollutæ indignas se vita iudicauerūt,vt Lucretia Collatini vxor,cuius factū ob admirabilē pudicitię amorē merito nobilissimū est. Alię quę ne castitatis naufragiū facerēt,sese peremerūt. Captis Athenis a Lysandro

Lacedæ

Lacedæmoniorũ rege, impositisq́ triginta tyrannis, q ciui tatẽ regerẽt, quũ supbiss. & insolentiss. se gererẽt, illuderent q multarũ pudicitię, Nicerati vxor, ne & ipsa eorũ libidini seruire cogeret, voluntaria morte se subduxit. Quid singulas referã? Teutonicorũ coniuges post preliũ ad aquas Sextias, quo C. Marius infinitã illorũ multitudinẽ deleuit, Mariũ orauerũt vt sacris Vestæ virginibus dono mitterent, se nõ minus quã illas virilis concubitus expertes victuras. Id quũ a duro illo C. Marij aĩo nõ impetrassent, nocte insequẽti laqueo se oẽs suspenderũt. Bello quod Phocensibus cũ Thessalis fuit, quũ Thessali Phocensiũ fines incredibili exercitu ingressi essent, Daiphantus summus Phocensiũ magistratus ad populũ tulit, vt magna coacta manu obuiã hostibus prodiret, pueros vero & senes et coniuges, reliquãq́ imbellẽ turbã in secretiorẽ aliquẽ locũ includerent, magna eodẽ lignorũ & stipularũ ingesta vi, vt si victi essent, illi se subiecto igne comburerent. Quũ frequens populus hoc decerneret, surrexit grandior quidã natu, qui sententiã fœminarũ super hoc sciscitandã censuit, Si consentirent, ita fieret. Sin quid secus, iniquũ esse id statuere, illis inuitis. Interrogatæ sunt mulieres, quæ vniuersæ consilio inter se capto approbare se Daiphanti legem responderunt, Etiam agere illi gratias maximas, qui optime & ciuitati prospexisset, & saluti suæ. Ita in secretiorem quendam locum eo fine abductæ sunt, Phocenses tamen superiores redierunt, haud dubie meritis mulierũ adeo pudicarũ. Et hæc quidem agebãt Gentiles in tenebris, quibus oĩa obscura erãt & incerta. Quo magis erubescendũ est Christianis sanguine Dñi redẽptis, baptismo ablutis, doctrina eruditis, luce illustratis.

Quomodo se erga maritum habebit.

LOnga res & explicatu difficilis, si singula velim persequi de officio vxoris in virũ mira dictu res. Vnico verbo Dñs comprehendit. Recordet q añ diximus vnũ esse hominẽ cũ viro, & proinde nõ aliter amet ac seipsam. Dixi

ante, sed dicendum est sæpe, nam hæc est summa cõiugatæ mulieris virtus. Hoc significat. Hoc præcipit coniugiũ, debere mulierẽ existimare maritum sibi esse omnia, & omnibus charis nominibus vnũ succedere, patri, matri, fratribus sororibus. Quod Adã fuit Euæ, quod sibi Hectorem esse ait apud Homerum casta Andromache.

Tu mihi tu solus pater es, materq; verenda,
Tu dulcis frater, tu gratus ad omnia coniunx.

Quod si amicitia ex duobus animis vnũ reddit, quanto id a cõiugio verius efficatiusq; prestari conuenit, qđ reliquas omnes amicitias ac necessitudines longissime antecellit, Idcirco non virũ modo vel animũ, vel corpus, ex duobus facere dicitur, sed vnũ prorsus hominem. Quare quod vir de muliere dixit. Propter hanc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, hoc fœminã dicere ac sentire etiam maiore ratione oportet. Quoniam & si ex duobus factus sit vnus, mulier tamen filia est viri, & imbecillior. Itaq; eius defensione eget, & marito deserta, sola, nuda, obnoxia iniurie est. Marito comes, vbicũq; sit, patriam, domum, lares, parentes, necessarios, opes habet. Cuius rei exemplum est Hipsicratea, Mithridatis regis Põti vxor, quæ virili cultu, maritum profligatum & fugientem quocunq; per solitudines latebras quæreret, secuta est, ibi regnũ, ibi opes, & patriã esse rata, vbicũq; maritus. Quod profecto maximum dolorũ lenimentũ, & tantorum malorum solatium Mithridati fuit. Flaccilla Nouium Priscum, & Egnatia Maximilla Glitionem Gallũ, vtraq; maritũ in exiliũ comitata est, ingentium opum iactura, quod vrbe & Italia decederent. Sed viros sibi suos vniuersa illa quæ in patria relinquerent, superare arbitrabãtur. Idcirco maxima gloria apud omnes fuere. Nõ minore Turia quæ, Q. Lucretium maritũ a triumuiris proscriptum inter cameram & tectum cubiculi vna conscia ancilla ab imminenti exitio, non sine magno suo periculo tutum præstitit. Et Sulpitia Lentuli

vxor, quę quũ a Tullia matre diligẽtissime custodiretur, ne virum a triumuiris proscriptum sequeretur, famulari veste sumpta, cum duabus ancillis, & totidem seruis ad eũ clandestina fuga peruenit, nec recusauit se ipsa proscribere, vt ei fides sua in coniuge proscripto constaret. Fuerunt multæ quæ maluerint ipsæ subire discrimẽ, q̃ viros suos. Vxor Fernãdi Gonzalis Castellæ comitis, quũ Rex Germanicæ legionis quæ vrbs est in Hispania Asturieñ. maritum in custodia teneret, ipsa velut visendi gratia ad carcerem venit, viroq; persuasit, vt cultu secum cõmutato fugeret, ac se ibi relinqueret in casum periculi. Quod & fecit, Rex admiratus charitatem vxoris precatus tales sibi suisq; liberis cõiuges, illã marito remisit. Ex eadẽ gente illa, quæ cuidã Britanniæ regi nupta, quũ maritus in expeditione aduersum Syrios plagam in brachio accepisset luculentã gladio venenato, rediissetq; in patriam, nec sanitati reddi posset, nisi pus illud & virus exuggeretur. Rexq; certissimũ illi parari periculũ videns, quicũq; id muneris obiisset, neminem eiusmodi discrimini obiicere sustineret, ipsa noctu, solutis vulneris fasciis primũ inscio viro, post etiã conniuẽte sugens paulatim & expuens venenũ omne elicuit, plagãq; medicis præbuit facillime curandam. O q̃ doleo, si qua est fides, non tenere me tantæ matronæ nomen dignissimæ, q̃ eloquentissimis encomiis celebraretur. Nec tacitũ tamen est. Nam in actis Hispaniæ legitur, quæ Rodericus Toletanus Archiepiscopus conscripsit. Vnde ego aliquando in libros meos cum honestissima mentione transferam. Tyrrheni quum frequentes ex insula sua Lacedemonẽ migrassent, venissentq; Lacedemoniis in suspitionem res nouas moliri, omnes custodiæ publicæ traditi, & capitali supplicio addicti sunt. Vxores eorum impetrato a custodibus ad viros ingressu tantum salutandi & cõsolãdi gratia, vestes cum viris permutarunt. Hi vero capite obuoluto, vt illarũ mos erat, carcere exierunt, eo loci fœminis relictis, quas

deinde cum liberis omnibusque bonis recepere, iniecto Lacedemonibus terrore, quum Taygetam montem ceu arcem occupassent. Sic Plutarchus. Idem Valerius maximus quantum ad factum mulierum attinet. Admetus Thessaliæ Rex, quum eo morbo laboraret, ad cuius curam vita alterius esset impendenda, solam Alcestin vxorem inuenit, quæ libens mortem pro salute viri obiret. Fuere quæ mortuis maritis superesse non sustinuerunt. Laodamia vbi nuncium accepisset Prothesilaum virum, ad Troiam ab Hectore interfectum esse, ipsa se occidit. Paulina, Senecæ coniunx, cum marito mori voluit, & scissæ sunt illi venæ, sed a Nerone inhibita est, retentaque in vita, dum obligantur brachia, & premitur sanguis vel inuitæ vel ignaræ, vixit paucis annis post, ore ac membris ita pallentibus, vt ostentui esset, corporisque habitu liquido coniugalem pietatem indicaret. Demotionis Areopagitarum principis filia virgo, audito Leosthenis sponsi interitu se ipsa interfecit, affirmans tam & si intacta esset, tamen quum illi toto animo denupsisset, adulteram se fore, cuicunque alteri coniungeretur. Vetustissimi scriptores Halcyonem referunt Ceyce marito superstitem esse non sustinuisse, ergo in mare se dedisse præcipitem. Addunt fabulæ. quæ sæpenumero vitam nostram instituunt, versos in Halcyones aues, sic Thetydi charas, vt quoties nidificent, maxima sit in mari & cœlo tranquillitas, idque statis quotannis diebus contingit, qui ea de causa, Halcyonij vocantur, hoc a Dijs tribui pietati vxoris in coniugem. Euadnæ, funus Capanei coniugis celebrans in rogum se coniecit, maritumque comitata est. Cecinna Pætus vxorem habuit Arriam, Is quum in armis fuisset, quæ mota a Scriboniano in Illirico erant, contra Claudium Cæsarem Romam est pertractus, Arria milites orauit, vt se ministram darent marito pro famulis, quos viro consulari erant relicturi. Quod quum non impetrasset, conducta piscato

ſcatoria cymbula magnam nauem ſecuta eſt, Romæque paucis diebus poſt mariti mortem,ſeipſa interemit,quum ſupereſſet ei filia Thraſeæ nupta grauiſſimo ſui ſæculi, & ſapientiſſimo viro. Portia Catonis filia. M. Bruti vxor, victo & perempto marito, mori ſtatuit, ferrum eſt ablatum, ipſa ſe prunis ardentibus in os ingeſtis, ſuffocauit. Panthia Suſij principis vxor, viro fidem captiua ſeruauit, & pro eius ſalute vniuerſis effuſis opibus, occiſum quoque in bello voluntaria morte ſecuta eſt, Iulia Cæſaris dictatoris filia quum Pompeij Magni mariti ſui veſtis cruenta domum e campo referretur, ſuſpicata ſaucium eſſe virum, exanimis pene concidit. Qua conſternatione animi, eijcere partum immaturum coacta, interijt. Poſtrema eiuſdem Pompeij vxor Cornelia, turpe dicit eſſe occiſo marito poſſe vel ſolo dolore non mori. Arthemiſia Lydorum regina Mauſoli coniugis defuncti cineres potioni aſperſos bibiſſe præ immodico amore traditur, ſepulchrum eius viua fieri cupiens.

Hæc maxima propoſui, vt ſaltem mediocria non præſtare pudori ſit. Quo intolerabilior eſt illarum crudelis impietas, quæ perferre valent maritis vel ignominias, vel damna, vel quid aliud aduerſi accidere pecuniæ cauſſa, quum ſit ipſis in arca ſatis æris, quo eximere talibus incommodis viros poſſent. O animum omni fera immaniorem, & tu ſanguinem tuum, corpus tuum, teipſam in marito ſic afflictam potes perpeti?

Nimirum ciuiles mores, legeſque, quæ id tolerant, maiorem habuerunt pecuniæ rationem, quam pietatis & fidei. Sed hæc vt alia inter nos permulta relicta ex gentilitate, tenacius Chriſtianis adhæſerunt, quam lex CHRISTI permittebat. In qua, non dico ab vxore propter virum, ſed a Chriſtiano, propter Chriſtianum, quamlibet ignotum, quicquid in arcis eſt, veſtium & metallorum, quicquid opum profundendum eſt. Quocirca ſciat mulier

quæ

quę nō etiā ob leuissima mariti vitāda incommoda vniuersum semel patrimoniū elargit̄,nec Christianæ,nec probæ, nec vxoris noīe dignā esse. Neq; vero sic amari velim maritū,vt amicū amamus,vt fratrē geminū. Vt solus sit amor, plurimū cultus ac reuerentiæ,admistū volo plurimū obedientiæ atq; obsequij,nō modo mores maiorum,sed leges oēs,humanę ac diuinæ,ipsa etiā rerū natura clamat,mulierē debere esse subditā viro,ac ei parere. In omni animaliū genere fœminæ suis maribus obtemperāt,illos affectant̄,illis blandiunt̄,ab illis castigari se ac verberari ferūt,naturaq; docuit fieri oportere,ac decere. Quæ,vt Aristo. in libris de animalibus docet,oīm animantiū fœminis minus neruorū, roborisq; dederit,q̄ masculis,& carnē molliorē,& pilū delicatiorē. Tū partes quas velut arma tribuit,vt dentes,cornua,calcaria,& cętera id genus,plurimis fœminis negauit, quarū viris dedit,vt ceruis & apris fœminis,& si quibus tribuit fœminis,eas ipsas partes potiores fecit in maribus, sicut cornua in tauris robustiora q̄ vaccis. Quis oībus sapientissima natura nobis declarauit,ad marē spectare propugnationē,ad fœminā vero sequi marē suū,& sub eius tutela delitescere,illiq; præbere seipsam morigerā,vt tutius & commodius viuat. Sed nos a beluarū actibus,quibus tn̄ pudefimus,ni superemus virtute,ad rationē humanā ascendamus. Quæ mulier in tantū insolentiæ atq; arrogantiæ veniet,vt audiēs esse nolit dicto mariti,si cogitet illū sibi pro patre,pro matre,pro consanguineis esse oībus,illi se vni amorē oēm pietatēq; reliquorū debere? Hæc mulier nō cogitat demēs,quæ coniugi morē nō gerit,nisi forte nec patri,matri,& consanguineis pariturā se dixerit. Nam si his obediat, & marito obediat necesse est. In quo iure omni more,statuto,precepto naturali,humano,diuino,sunt oīa. Nō est apud homines honoratior mulier,quæ sibi supra maritū honorē arrogat,sed stultior,& magis ridicula,adde etiā oībus execranda,ceu quæ datas a natura leges inuertat,non secus ac

miles

miles imperare suo imperatori si cupiat, aut luna soli praees se, aut brachiũ capiti. In coniugio eñ vt in hoĩe vir est pro aĩo, mulier pro corpore, illũ imperare, hoc seruire oportet, si victurus est homo. Vel, vt Paulus dicit. Caput mulieris est vir. Hic iã diuina iussa ingredior, quę apud saniores mentes plus legibus, plus humanis oĩbus rationibus, plus naturæ ipsius voce valere, ac posse, ius fasq; est. Autor vniuersitatis mundi huius Deus mundo nouo adhuc & rudi, quũ gene ri humano ferret leges, fœminæ sic statuit. Sub viri potesta te eris, & ipse dominabit̃ tibi. Apostolus Paulus magister Christianæ, hoc est diuinæ sapientiæ, mulierẽ nõ dominari viro pmittit, sed subditã illi esse nõ vno in loco iubet. Petri Apostolorũ principis hoc est edictũ. Mulieres sint subditę viris suis, sicut & sanctæ mulieres, sperantes in dño. Sic Sa ra obediebat Abrahæ dñm eũ vocãs. Hieronymus ita Ce lantiæ precipit. Seruet̃ in primis viro autoritas sua. Totaq; a te discat domus, quantũ illi honoris debeat. Tu illũ dñm obsequio tuo, Tu magnũ illũ tua humilitate demonstra, tan to ipsa honoratior futura, quantũ illũ amplius honoraueris. Caput eñ vt ait Apostolus, mulieris est vir. Nec aliunde magis reliquũ corpus ornat̃, quã ex capitis dignitate. Hæc illæ. Insipientes fœminæ nõ vident, quũ oĩs ad se honor ex maritis demanet, q̃ se fore inhonoras, si viros habeãt, q bus præesse mulieres possint. Ita dũ honorẽ captãt, amittũt. Nã illud statim perdunt, vñ maximus ad mulieres redit honor, honorati viri vxores esse. Nihil genus, nihil opes, nihil for tuna proderũt. Honore carebis, si caruerit vir. At quis ho norẽ poterit habere viro, cui videat fœminã imperare? Con tra vero nihil oberit ignobilitas, nihil paupertas, nihil faci ei nulla gratia, Honoraberis si honoretur maritus. Ita nec Orestillã adiuuit vel forma, vel genus, vel diuitiæ, quo mi nus contemptui & odio esset scelerati Catilinæ coniunx. Nec Salonię tenuitas nocuit, quin chara et admiranda esset populo Romano Censorij Catonis vxor. Sed vt melius pa

O i rere

rere possis marito, & oĩa ex eius animi sententia agere, per noscendi sunt prius mariti mores, & consyderanda vel fortunæ, vel naturæ conditio. In his multa sunt maritorũ genera. Oẽs quidẽ amandi, colendi, reuerendi oẽs, parendũ oĩbus, sed nõ oẽs similiter tractãdi, vt linea, quod dicũt, alba in lapide albo. Et in maritis q dẽ puto illud debere fieri, quod de vita humana dicit ex Platone Terentius. Vita, inquit, hoĩm pinde est ac si ludas tesseris, vt si quod iactu opus nõ est, euenerit, id arte vt corrigas. Sic in maritis, si is contigerit ex sententia, gaudendũ, honorandus, amandus, sequendus est, sin malus, arte, si possis, vel emendãdus, vel certe minus reddendus incommodus. Aut igit̃ maritus erit fortunatus aut infortunatus, fortunatos nũc voco, quibus aliqua bona contigerũt, vel externa, vel corporis, vel animi. Infortunatos, quibus ex aliqua illarũ triũ partiũ mala, fortunati facile vxoribus satisfaciũt. De infortunatis consulendũ. Q;q admonendæ sunt ne amorẽ in mariti fortuna potius collocẽt, q̃ in ipso marito. Alioqui minus firmiter amabũt et lentius, & si fortuna, vt est fluxa atq; inconstãs, discesserit, auferet simul secũ & amorẽ. Ne amẽt pulchros propter formã, ne diuites propter pecuniã, ne magistratus propter honorẽ. Aliter em̃ ægros, pauperes, priuatos oderint. Si nacta es doctũ maritũ, haurienda ab eo sancta præcepta. Si bonũ, imitandus. At si sit infortunatus, illa debet in primis animo occurrere. Cn. Pompeij magni sine dubio & prudentis viri ad Corneliam vxorem oratio, quam versibus Lucanus persequutus est. Victus enim a C. Cæsare Pompeius, quũ Lesbum insulam petijsset ad recipiendam vxorem, quam secũ fuga abduceret, vxor maritum conspicata victum, in terram semianimis decidit, non tam dolens cecidisse se quam illum, Pompeius sublatam e terra, & sensibus redditam, in hanc sententiam allocutus fertur, Mea Cornelia vxor rerum omnium mihi charissima, miror te fœminã isto genere natam, sic primo fortunæ prostratam ictu. Nunc tibi aperta est

ta est via ad immortalem gloriam. Nam materia laudis in fœmineo sexu non est eloquentia, non respondere consulentibus de iure, non bella gerere. vnica tantum est, si maritum habeas miserum. Quem si amaris, si colueris, si nihil miseria offensa, ita vt maritum decet, tractaris, sæcula de te omnia loquentur. Maiori tibi fuerit gloriæ, quod victum Pompeium amasti, q̃ ꝙ principem populi Romani, ducē senatus, imperatorem regum, Hæc enim facile est cuilibet etiam improbæ vxori amare. Amplecti vero miserum, id demum est optimę. Quocirca hoc ipsum quod victus sum diligere te decet, tanq̃ materiam virtutis tuæ. Nam si quid tu me viuo defles & desideras, certe illud ipsum quod periit, ostendis tibi fuisse charum non me, qui adhuc supersum. His atq; aliis similibus verbis tunc ille vtebatur, quæ proba matrona tanquam oraculum sæpenumero in animo suo voluet, ne se affictet, quod maritus obtigerit infortunatus, ne hac illum de causa oderit, ne contempserit, Quin potius si est pauper consolandus est, vnica sopes esse virtutem, adiuuandus honestis artibus, quas illi scias placituras, & quas in te noti & necessarij probent, & quæ sanctitatem bonæ matronæ deceant. Vide ne in tam perditam mentem ruas, vt velis illum propter pecuniam indecoras exercere artes, aut facinus aliquod fœdum designare, aut vt tu vel delicatius, vel affluentius alaris, vel cultius ornere, vel laxius habites, in summa, vt tibi optime & suauissime sit, illum labores & sudores magnos subire. Potius tibi ac melius est, secundario tantum pane vesci, & cœnosam potare aquam, quam maritum cogere, non dico vilibus se artibus & sordidis, aut labori immodico dedere, Verum cuiuis exercitio, ad quod ipse non inuitus accedat, tantum, vt morem tibi gerat, & domesticas tuas rixas vitet. Maritus sui iuris est & dominus vxoris, non vxor mariti. Nec plus a marito contendere debet vxor, quam ipso volente, libenteque videat se impetraturam, in quo peccant

plurimæ, quæ maritos importunis suis vocibus flagitãdo tundendo, ad illicitas artes & atrocia facinora impellũt, vt questum faciant, suæ gulæ ac vanitati, suæ superbiæ consulentes, non maritis. Quid dicam esse molestas aliquas & inimicas virtutibus maritorũ, si has esse rei familiari dãnosas videant? Id eo est turpius, quod quum fœmineus sexus tantam præferat pietatem, & natura videatur deuotior sacris rebus q̃ virilis, obliuiscitur sui & pietatem omnem abijcit pecuniæ gratia, Has mulieres, sanctæ literę sub vxoribus Iob & Tobie coarguunt, quæ stultissimæ religionem & magnas virtutes maritis calamitosis exprobrabant. In quo erant etiam impiæ, nedum stultæ, quod non crederent vel maiores esse opes, quæ virtutibus parantur, vel situm in manu Domini locupletissimum felicissimũq; vno momento facere, quemcũq; velit, Quid opus est alijs tyrãnis ad martyriũ? Istæ non secus persequuntur maritos ob religionem, ipsæ irreligiosissimæ, q̃ apostolos Nero, aut christianos alios Domitianus, vel Maximinus, vel Decius, vel Diocletianus. Equidem arbitror relictã Iob solam vxorẽ, vt tristitiam viri plus vrgeret, & maledica sua rabie põdus adderet presso. O execrabilis & impientissima mulier, sanctitatem vitæ marito tanq̃ crimen obijcis. Hoc ne diaboli quidem facere auderẽt. Euertit diabolus fortunas omnes Iob, familiam cecidit, filios absumpsit, ipsum vlceribus, sanie induit, nunq̃ opprobrauit, q; in pristina animi simplicitate permaneret. Opprobrauit mulier, vt ostẽderet diabolo se esse confidentiorem. Insultet sane, quantũ volet vxor hoc marito non aliter gaudendum est, q̃ Apostolis, q; digni essent habiti, vt contumeliã paterentur propter nomẽ domini Iesu. Tu vero filia tantum aberit, vt cõiugẽ a probitate abducas, vt etiam certissimo, & rei familiaris dispẽdio imitata tot sanctas Christianas, ad innocentiam & pietatẽ adhorteris, & contingat tibi quod Paulus, inquit, Sanctificatur vir infidelis per mulierem fidelem. Sic amplę facultates

tates,sic ingentes opes quæruntur.Recole verbum domi ni,Neminem esse,qui Christi ipsius gratia aliquid in hoc mundo neglexerit,qui non multo plura,& in altero, & in hoc etiam consequatur.Primũ diuitiæ illæ certæ, ac solidæ sunt,quæ nullis obnoxiæ casibus custodiuntur,non internis,vt erugini in metallis,tineæ in vestibus,non externis, vt furibus. Tũ de hac vita experimẽtis se id didicisse, Psalmista profitetur,& lõgo ætatis vsu,nunq̃ se vidisse iustũ derelictum,aut semen eius querens panem. Sed dñi in Euangelio habemus syngrapham,qua iubemur optime de benignitate ipsius sperare.Scire cœlestem patrem,quibus ad victum egeamus,illũ omnia hæc suppeditaturum nobis, postq̃ quæsierimus regnũ suum & iustitiam eius.Si deformis est maritus,amandus animus, cui nupsisti, Si æger,ibi demũ præstanda est vera vxor, consolandus,confouẽdus, habendus non minus charus,quã si esset maxime sanus & valens,magnaq́ morbi illius pars in te deriuanda. Sic illæ minus dolebit,quum sociam te aspiciet sui morbi. Nõ est bona coniunx,quæ dolente coniuge gaudet,ægrotãte valet. Lecto affixa sis, modo verbis dolorem leua, modo fomentis leni. Tu ipsa vulnera,tu vlcera,tu affectum tuis manibus tracta corpus,tu tege,tu retege, tu potionem da, tu lotium matella excipe. Ne hæc exhorreas, ne reijcias curã in famulas,quæ rem segnius curant,quia nõ amant. Et quũ se nõ amari sentit æger,ingrauescit morbus. Ego illas vxores & matronas & sanctas(si dijs placet)fœminas appellẽ, quæ in maritorum morbo tam secure agunt,vt eis satisfaciat cura,quam circa illos gerũt famulæ ipsis vxoribus ignaris? Nam quod video quasdam nec sua stata sacra,nec conuiuia,nec visitationes amicarum,nec solita oblectamenta adduci,vt intermittant,maritis morbo domi clausis, Hoc iam non Coniugum est, sed Concubinarum, aut etiam (vt aperte loquar) meretricum, quæ mercede conductæ, cum viris cubant. Cur me pudeat nominare,quod illas nõ pudet

pudet sceleratas agere? Si enim nihil putas interesse, ægro tetne maritus, an vicinus, nisi quod maritus est domi, vicinus foris. Imprudentissima profecto es, si postules vt te vxorem vocem, quum quod vxoris est, non pręstes. An tu textricem vis te nominem, si nec ordiri telā, nec subtegmina ducere, nec radium iactare nec telam pectine quatere didicisti? Et q̄q̄ virtus etiam nullis adiuta luminibus, in tenebris splendorem suum obtinet, claraq; & celebris est, tamē quantum in me erit, non sinam hoc & præsentes & posteros ignorare, quod ipse vidi, quod alij pariter mecum q̄plurimi sciunt. Clara Bernardi Valdauræ coniunx, quū virgo tenerrima & formosissima Brugas esset ad sponsum adducta, iam plus quadraginta sex annos natum, prima nuptiarum nocte crura eius fascijs inuoluta vidit, deprehenditq; maritū sibi ægrum & valetudinariū contigisse, nihil tamen illum ob id auersata, nō cepit eum odisse, quum præsertim nondum posset videri amare. Incidit non multo post Valdaura in grauissimum morbum, de cuius salute & vita, medici omnes desperabant, ipsa cum matre tanta cura & solicitudine circa lectū ægri versabatur, vt sex totis hebdomadibus ambę nec se exuerint, nisi vt mutarent supparos, nec vlla nocte supra vnā aut alteram horam quierint, idq; indutæ, multis noctibus traductis insomnibus. Erat radix morbi quem Gallicum hic vocant, sæui & contagiosi. Dissuadebant medici, ne sic eum tangeret, ne tam prope accederet, Idem consulebant necessarij, Tum æquales fœminę in religionem adducebant, non esse affligendum hominem, iam fatis debitum & a morte exhaustū, prospiciendū esse animæ, de corpore nihil cogitandū aliud, q̄ vbi cōderetur humo. Quibus vocibus adeo illa absterrita non est, vt curarit quidem quæ ad animū spectabant, sed ipsa culinæ sorbitionibus, quæ remedium afferrent, ipsa pannis subinde mutādis, nā soluta erat maiorē in modū aluus, & alijs locis pus demanabat, esset intētissima, sursum deorsum toto die

cursitaret. Ita discrimen maximũ Valdaura euasit, iuranti-
bus medicis e manibus orci violentia coniugis ereptũ es-
se. Alius facetius q̃ Christianius, decreuisse dixit Deũ Val
dauram occidere, vxorẽ vero obstinasse e manibus se illũ
non dimissuram. Cœpit ei fluente quodam ardẽtissimo ex
capite humore arrodi interior nariũ caruncula, Medici pul
uisculũ dederunt, quo subinde respergeretur vlcus, tenui
per fistulã flatu, quũq; nullus inueniretur, qui non eum la-
borem recusaret, omnibus rem tetram exhorrentibus, sola
cõiunx hoc præstitit. Repletis genis ac mẽto papulis mor
bi, quũ nullus rasor cõmode posset barbã eius radere, nec
vellet, vxor forficibus octauo quoq; die dexterrime atton
debat. Incurrit deinde in aliũ morbũ longissimũ, septẽ fere
annorũ, ipsa infatigabili diligẽtia, & cibũ ei parauit, quum
famulas tres haberet, ac filiam grandiusculã, & ceromatis
fœda illiuit vlcera, & crura putidissima vndiq; sanie scaten
tia cõtrectauit quottidie, ac deuinxit, vt muscũ diceres eam
tractare, non rem fœtoris intolerabilis. Quin & anhelitus-
quem nemo nõ etiã ad decẽ passus auersabatur, ipsa suauis-
simũ iurat fuisse. Et etiã serio mihi succẽsuit, quũ semel fœ
tere dixissem. Aiebat enim sibi videri ceu fragantiã matu-
rorũ & dulciũ malorũ. Atq; hoc toto morbi tẽpore quũ es
sent quottidie magni faciẽdi sumptus, ad hominẽ tot mor
bis contusum, alendum & curandum, in ea domo, ad quã
multis iam annis nulla ex re lucrum aliquod redierat, nec
annuos haberet prouentus, ipsa se annulis, ipsa torquibus
aureis, ipsa monilibus, ipsa vestibus libentissime spoliabat
ne quid marito deesset Contenta erat quauis mensa, modo
marito suppeteret, quod tã afflicto malis, corpori cõduce-
ret. Sic ille vitã traxit vxoris cura cadaueroso corpore, &
potius sepulchro q̃ corpore, decẽ annis a primo illo mor
bo, quo tẽpore ipsa duas ex eo proles suscepit, quũ ãte sex
genuisset, viginti annis nupta, nũq̃ cõtagiosiss. mariti mor-
bo, nec vlla omnino scabie attacta, non modo ipsa, sed nec
vllus

vllus liberorũ,corporibus oĩm saniss.atq; mundiss.Ex quo liquidũ fit,quanta sit virtus,quan ta sanctitas earũ,quæ vere ac toto pectore maritos(vt congruũ est)amãt,quemadmodũ illis Deus præsentẽ quoq; gratiã refert.Obijt tandẽ senex æger,seu nõ obijt,sed abijt verius,& exijt iugem cruciatũ,tanto tñ dolore Claræ,vt qui illã norint,fateanť nunq̃ adolescentẽ maritũ integro corpore,formosum,diuitẽ,tantũ reliquisse charissimę vxori luctũ,tantũ mœrorẽ.Multi gratulatione citius putabãt esse opus,q̃ consolatione,quos illa propemodũ execrabať,optãs,vt maritus qualis qualis erat,fieri si posset,sibi redderet.Q uũq; sit integra ætate,nũq̃ statuit nubere,quod se alterũ Bernardũ Valdaurã inuenturã negat,Prætereo pudicitiã,cuius est exemplar,Prætereo sanctitatẽ morum,De pietate coniugis est sermo,quæ nunq̃ sola venit,semp reliquis oĩbus comitata virtutibus. Q uis hãc nõ videat nõ corpori Bernardi Valdaurę nupsisse,sed aĩo,aut nõ putasse corpus illius suũ esse?Q uid quod viri precepta ita obseruat,tanta reuerentia,ac si adhuc viueret,& ex eius præscripto multa agit,sic illũ facere statuisse, aut iussisse,dicẽs?Talẽ vxorẽ Euripides si habuisses,tã laudasses fœminas,q̃ eas vituperasti,Talẽ si Agamemnon,patria te multis annis de Troia victa lætũ spectasset triumphãtem,Tacenda hæc nõ fuerunt,quũ minora memoriæ mandenť,ad commonefaciendas sui officij coniuges,Plebeiarũ sunt hæc inquit illa nobilis.Primũ nõ omnino ex fece plebis Clara Valdaura & iuuenis,& formosissima & delicatissima,& comitata famulabus,quibus magnã curæ partẽ mãdare poterat,si sustinuisset.Et multæ sunt nobilissimæ quæ idẽ præstẽt,quas commemorare oẽs nõ queo,nec præsentes modo,sed quæ præteritis in annis vixerũt.Nã magna ex parte vitia tantũ superiorũ ætatũ nr̃a tempora vsu retinẽt,An tu nobilior vxore Themistoclis Athenarum,imo Græciæ principis?quæ sola fere in aduersa valetudine marito ministrauit.Nobilior Stratonicæ Deiotari regis con-

iuge?

iuge? q̃ viro seni,mœsto,valetudinario ipsa erat & coqua, & medica,& chirurga,nihilq; magis eã vrebat,q̃ quod interdũ difficilis & morosus senex,parũ sibi illã diligentia satisfacere indicabat, Nobilior regina illa Britanniæ? quæ vulnus exuxit mariti,Principes romanæ fœminæ nõ alijs manibus tractari sinebãt maritos ægros,q̃ suis. An tu credis te Romanis quoq; nobiliorẽ? in quos si quis genus referre potest,nobilissimus existimat. Sed quid opus est,sanguine atq; opibus nobiles referamus? Nobiles sunt,virtute,& claris actis illustres, Tu cũ tua nobilitate iacebis obscura,& ignobilis. Istas oĩs ætas,oĩs sexus noscet,& celebrabit. I nũc,& iacta tuã nobilitatẽ,quã nec te viua nec mortua vllus cognoscet. Pecuniã inquis,attuli,qua conducat, qui hoc agat, Ergo pecuniæ vir tuus nupsit,nõ tibi. O spurcissima fœmina,& tu vxorẽ te esse putas solũ quod tecũ cubet vir? An in hoc vno sitũ esse coniugiũ arbitraris? teterrima mulier,leges Dei & naturæ dissoluis, Nã si tuũ corpus tractare te nõ pigeret ægre,& pustulas ac vlcera inspicere, ac tangere,cur pigeat mariti,quũ sitis duo in carne vna,seu vt latinius dicã,homo vnus,nisi forsan hoc ad te dictũ pertinere nõ putas, Vbi est illa coniunx indiuidua coniugis comes,si quũ te coniunctissimã esse oporteret,discedis? Tu ergo nec fratri tecũ genito,nec patri,nec matri,q te genuerũt id officiũ præstares. Quod si hoc pudet concedere,pudeat de marito affirmare,q apud te oĩbus illis præponendus est. Et si ex istis sunt nonnullæ quæ etiã matres deserãt ægrotas,nec aliquẽ amãt præter se,dignæ etiã quæ a nullo ament alio,vt nec amant. Quoties vidimus mutã animantẽ fœminã vlcera maris sui lambentẽ? Hoc boues,hoc canes,leones,vrsi,bestiæ & feræ & cicures faciũt, Mulier tangere nõ vult,ac ne inspicere quidẽ, Vultis aperte loquar? Quæ nõ tractat mariti,tractat adulteri, Nam fuerunt,quæ in hoc sint deprehensæ,vt sciatis non retrahi a natura,sed a scelere, Pergo vero dicere,& alias infortunatorũ species

recensere,& si omnes nec possum,nec volo. Si malis sit moribus tolerandus,nec improbitate cum eo contendendũ, ne nunq̃ sit finis mali & miseriæ. Quum placatior erit, comiter & suauiter admonendus, vt melius viuat. Si audierit, & tibi, & illi profueris. Si cœperit excandescere, noli contra niti, Tu functa es munere tuo, patere, & erit tibi non modo magnæ apud mortales gloriæ,sed merito apud Deum ingenti. Quod si eius vitio ac impotentia animi vapules,puta te a Dño corripi. Et propter aliqua tua peccata id tibi contingere,quæ illa via expiantur,beataq; es, si modica in hac vita pœna,magnos alterius cruciatus redimis. Quanq̃ raræ sunt bonæ & prudentes vxores,quæ a qualibet sceleratis & insanis cædantur viris. Sunt etiam nonnulli mariti stulti & mente capti, hos proba coniunx tractabit arte,nec exasperabit,nec adimet honorem viri. Sed persuasum prius omnia se ex animi eius sententia facturam,& vt maxime illi expediet, facile prudentia reget, vt feram mansuefactam. In hos mulier se habebit, vt mater in similes filios,quæ in maximam & vehementissimam miserationem ex miseria filiorum adducuntur,& ex miseratione crescit charitas,ita vt debiles,mutilos,stultos,deformes,valetudinarios plus ament q̃ firmos,integros,prudentes,formosos,valentes. Nolo percurrere cætera infortunatorum genera,Semel est de vniuersis præcipiendũ. Huic qualiscunq; est nupsisti,hũc tibi Deus,hũc Ecclesia,hũc parentes dederũt virũ,maritũ,dñm, Ferendũ est quod mutari nõ potest,& amandus,colendus,honorandus,si nõ propter ipsum,certe propter eos a quibus tibi commẽdatus est, propter fidem quã dedisti,vt multi plærosq; amant amore indignos,tantum quod a charissimis commendatos habent. Multi quædam agunt, solum quod promiserunt, alioqui non acturi. Et danda est tibi opera,vt quod vel nolẽs factura esses,& facere videaris libentissime,& facias. Sic enim leuiora tibi,& iucundiora erunt omnia,quæ grauissima & mole-

molestissima essent inuitæ, Cogitesq́ te hoc debere viro, magnam tibi parari hoc modo apud Deum gratiam, magnum & honestissimum ad homines nomen. Hic video posse a quibusdam dubitari, quatenus sit marito parendum. Quam quæstionem, quoniam difficiliorem quarundam mulierum improbitas reddidit, explicabo paulo pluribus imperium viri in vxorem. Et in rebus quidem, aut honestis, aut quæ nec vitiosæ sunt ex se, nec probæ, nihil ambigi debet, quin mariti iussa, debeant esse vxori, vice cuiusdam diuinæ legis. Maritus enim Deo succedit in terris, & post diuinam illam maiestatem ipse solus vxori refert omnes omniũ charitates, cultus, maiestates. Iccirco si quid est, quod Deo velit vxor dare non iussa a Deo, marito non permittente, dare nec debet, nec licet. Quid est magis vxoris, quam corpus, quam animus? At nec in corpus suum potestatem habere fœminam testificatur Diuus Paulus, Nec continentiam offerre potest Deo, non dico inuito marito, sed ne inscio quidem. Quocirca si quum maritus tuo egeat ministerio, tute velle non dico saltare, aut ire ad publicos ludos, aut ad conuiuia, aut deliciatum, respondes, nam hoc plane scortorum est, sed orare, sed templa circum ire, scias & ingratas tuas preces Deo futuras, nec te in templo Deum inuenturum, Vult te Deus orare, sed negocijs coniugis liberam, Vult inuisere sua templa, sed quum nihil est, quod domi maritus egeat. Hæc enim coniugalia sunt, quæ mauult Deus in coniuge. Accedere iubet ad aras suas, sed placato prius amico. Quantomagis placato prius omnium mortalium amicissimo marito? Quid tu mihi sacra, quid templa visis, quum aliud maritus, aut expresse iubet, aut tacite poscit? Tu in templo quæris Deum, quum maritum vel ægrum domi relinquas, vel esurientem? Circa eius lectum sunt sacra omnia, ibi aræ, ibi Deus, vbi pax & concordia, & charitas, inter eos præcipue, qui his rebus conglutinati, indiuidui esse debent. Deum facile tibi

amicum reddes, si hominem reddideris. Non æget multis nostris ministerijs Deus, Pietatem sibi vni, & supremum cultum reseruauit. Cætera prope hominibus hominũ præcepit caussa, vt inter se concorditer & amice viuerẽt. Hoc docet, quod toties mutuam charitatem inculcat, quod eis quos in regnum suum admittit pro beneuolentia in homines suã beatitudinem rependere se profitetur, quos reijcit, hoc nomine execratur, quod benefici in homines, & beneuoli non fuerint. Facile reconciliatur Deus, si reconcilies hominem. Nec vlla est expeditior via ad gratiam dei, q̃ gratia hominũ. Itaq; magna se sacra agere putet mulier, quũ marito inseruit, magnas ædes sacras circũire, quũ mariti lectum. Quãq̃ sunt nonnullæ quæ q̃libet affectis maritis, templa sua non relinquerent, non æque pietatis gratia, ac vel consuetudinis vel oblectationis. Sed de istis quid opus est disputemus? Apostolus Paulus scribens ad Timotheũ, de mulierũ officio, illud dixit, Mulier in silẽtio discat cũ omni subiectione, docere autem mulieri non permitto neq; dominari viro, sed esse in silentio. Et ad Corinthios, Mulieres vestræ in ecclesia ne loquantur. Si quid vero dubitant, domi virum quæq; suũ roget. Quæ mihi profecto lex eo videtur spectare, vt discat mulier a marito, & in rebus incertis sententiam illius sequatur, eademq; credat, q̃ ipse. Quod si erret maritus, solus in culpa est, vxore innoxia, nisi forsan manifestiora sint, q̃ quæ ignorari sine noxia non possint, aut aliter doceant ij, quibus fidem haberi etiã a marito conuenit. Impia enim vt maxime maritus imperet, facienda non sunt. Et vnus agnoscẽdus viro superior, viro charior Christus, Caput quidem mulieris vir. At viri caput Christus. Plurimæ sanctæ mulieres nostræ religionis, etiam a maritis suis, supplicio affectæ sunt, quod Christi præcepta contra voluntatem eorum sequerentur, & tamen vetat Apostolus ab impijs maritis vxorem discedere, nisi ille sinat. Tantum est videlicet coniugij vinculum,

vt nec pietas dissoluat, nisi impietas permittat, Quid in vtroq; Christiano, vtroq; pio existimandum est? quomodo in bonum virum affectam oportet esse vxorem? Equidẽ pretermittere, nec volo, nec debeo, Aristotelis de vxoris officio sanctissima præcepta, quæ sunt in eius œconomico volumine posteriore. Existimare (inquit) probam mulierẽ decet mores viri legem esse vitæ suæ, a Deo sibi impositã, per coniunctionẽ matrimonij, atq; consortij, Quos si quidem æquo feret animo, perfacile reget domum, Sin cõtra, difficilius. Quapropter decet nõ solum in prosperis rebus secundaq; fortuna, vnanimem se viro præstare & inseruire velle, verumetiam in aduersis, Si sit in rebus defectus, vel corporis ægrotatio, vel alienatio mentis, æquo ferat animo, & obsequatur, nisi forte turpe aliquid sit, & indignũ ne si quid perturbatiõe animi vir deliquerit memoriter seruet, sed ægritudini ignorantiæq; adscribat, Nam quãto in his diligentius obsequetur, tanto illi maiorem gratiam habebit, quum ab ægritudine fuerit liberatus, Et si iubẽte id turpe non prouenerit, melius recognoscet ad sanitatem reuersus. Quapropter ab his cauere debet mulier, in alijs multo magis obtẽperare, q̃ si empta venisset in domũ. Magno enim precio empta fuit societate, magno præcio vitæ & procreationis liberorum, quibus nec maius, nec sanctius quicq̃ esse potest. Præterea si cum fortunato vixisset viro, non vsq; adeo virtus eius illustrata esset, Nam est sane parũ secundis rebus bene vti. Attamen aduersas moderate perferre multo maius est existimandum. Nam in magnis calamitatibus & iniurijs, nihil abiecte facere, celsi est animi, Precandum est igitur, ne quid tale accidat viro. Quod si quid accidat aduersi, putare debet hinc optimam sibi laudem, si recte gesserit, peruenturam, secum ipsa reputans, q nec Alcestis tantam sibi gloriam comparasset, nec Penelope tot tantasq; meruisset laudes, si cum fortunatis viris vixissent, Verum Admeti & Vlyssis aduersitates parauerũt

illis memoriam sempiternam. In aduersitatibus enim virorum suorum, fidem ac iusticiam ergà illos seruantes, gloriam non immerito sunt consecutæ. Nam prosperitatis quidem facile est reperire participes. Aduersitatis vero, nisi optimæ sint mulieres, participes esse renuunt. Ob quæ omnia multo magis decet virum in honorem habere, nec illum contemnere. Hactenus Aristotelis verba,

De concordia coniugum.

PErcensere concordiæ bona, & quemadmodum vniuersa quæ in mundo sunt, atq; adeo mundus ipse pace ac concordia consistat, infinita res esset, nec oratio exitum inueniret. De cõiugio est nobis sermo institutus, dico maximam eius tranquillitatem, ac perinde felicitatis partẽ esse concordiam, maximam tempestatem, ac miseriẹ partem discordiam, Pythagorici inter magistri Pythagoræ præcepta, illa ex primis tenebant, ab ipsis sæpe numero vsurpata Fugienda & abscindenda sunt prorsum, languor a corpore, imperitia ab animo, luxuria a ventre, a ciuitate seditio, a domo discordia, & in vniuersum a cunctis rebus intemperantia, Vlysses apud Homerum Nausicaæ Alcinoi filiæ virum & domum & concordiam optat, quo nullum melius est in vita bonum, aut magis expetendum. Nam quum cõcorditer vir atq; vxor degunt, multos inimicis dolores afferunt, multa amicis gaudia, & in primis sibijpsis, Sic ille, Q; fortunatum coniugium putamus Albutij? qui cũ Terentiana sua viginti quinq; annos egit sine aliqua vel leui offensione. Quanto fortunacius. P. Rubrij celeris? qui cum Ennia. XXXXIIII. absq; vlla querela. Oritur ex discordia dissensio, rixa, iurgium, pugna. Quærulẹ sunt pleræq; fœminæ, & difficiles, quumq; subinde leuissimis de causis obiurgent maritos, res exit in maximas animorum offensiones. Nec aliquid est quod ita alienet virum ab vxore, ac crebra rixa, & vxoris lingua amarulenta, quam Solomon

tecto

tecto perstillanti in hyeme comparat, quoniam vtraq; res virum domo pellit. Idem satius ait esse habitare in deserta terra, q̃ cum vxore litigiosa & iracunda. Hoc beneficium dant omnibus quædam intolerabiles, vt nulla ferenda videatur. hinc Caij interpretatio cœlibes quasi cœlites. Et dictum illud, qui non litigat cœlebs est, ceu omnes cõiugati litigent. Eadem res, quieta pleraq; ingenia ab vxoribus ducendis auertit, & multa in opprobrium sexus propterea cõscripta, & olim diuortia quæsita, & acriter exercita, & nũc ea in Christiano populo desyderantur a plærisq;, quod dicant se vsuros commodioribus vxoribus, si illæ sciãt se posse pelli, ni sint morigeræ. In quo, mea sententia, vel viri falluntur, vel mulieres sunt stultissimæ, quæ non cogitant tanto obsequentiores debere viris esse vt iucundius viuãt cũ ijs, a quibus nulla ratione separari queant, & perpetuam necessitatem in miseriam vertant, quam exuere non possint. Multum enim positum est in vxoris manu, vt concordia sit domi. Nam viri animus minus est irritabilis, & non in genere humano modo, sed in omnibus animantibus, sicut Aristoteles inquit, Mares vt animosiores sunt, & ferociores, ita simpliciores etiam minusq; insidiosi, Nempe generosioribus animis prediti, fœminæ cõtra, maliciosiores, & insidijs intentæ magis, Quo fit vt etiam leuiculis suspitionibus ducantur, & crebro expostulent, virosq; indignitate querælarum accendant. Sed facilior reconciliationi vir, quam fœmina, sicut inter viros vt quisq; maxime muliebri est pectore, minimeq; generoso, ita est iniuriæ retinentissimus, & pertinacissime vindictam expetit, nec mediocriter se vindicasse contentus est. Erat Romæ sacellum in palatio Deæ cuiusdam, in quo si quid domi inter coniuges inciderat iurgij, locuti quæ volebant, reconciliabantur. Dea hæc Viriplaca nuncupata est, quæ nomine suo admonebat, nõ vxorem a viro placãdam esse, sed virum ab vxore, Et quãquam optima pars eorum, quæ diximus, ad concordiam

spectet,

spectet, tñ propius huc quædã afferemus, Vnũ illud est ad concordiã præcipuũ & efficacissimũ, si amet virũ vxor. Ea em̃ est amoris natura, vt amorẽ eliciat, nec mirent̃ quædã se a maritis nõ amari, quũ ipsæ dicãt se amare illos, videant ne nõ æque amẽt, vt dicũt. Amẽt vere, & amabunt̃, Nã ficta, simulata, adumbrata, et ipsa se aliqñ tandẽ prodũt, & nõ easdẽ, quas veræ, germanæ, expressæ res vires obtinẽt. Porro si amẽt se mutuo vir & vxor, idẽ volẽt, idẽ nolẽt, quæ demũ (vt inquit ille) firma amicitia est. Discordia & dissentio nulla esse inter eos poterit, in quibus idẽ est cor nõ diuersa cupiẽs, eadẽ sententia nõ diuersa sentiẽs. Blancha mater mea, quũ in coniugio quindecim egisset annos, nunq̃ a me visa est litigare cũ patre, Duo solebat in ore frequentia habere ceu prouerbia, quũ vellet significare se aliquid credere, aiebat, Tanq̃ si dixisset Lodouicus Viues, quũ se velle, tanq̃ si vellet Lodouicus Viues, Eũ ego Lodouicũ Viuem patrẽ meũ & alias sæpe audiui dicentẽ, & quũ illud referret quidã seu Scipionis Affricani minoris, seu Pomponij Attici, credo vtriusq;, quod nunq̃ in gratiã redijsset cũ matre. Nec se, quod difficilius esset, cũ vxore, Reliquis id verbũ admiratis, quũ pene in prouerbiũ venisset concordia Viuis & Blanchæ, respondit, vt Scipio cũ matre cuius gratiã nunq̃ exierat, ideo nec redijt. Sed de sanctissima matre mea, quã ego nil dubito in cœlis fructũ integerrimæ actæ vitæ iam percipere nõ est in alieno copiosius loquendũ opere, quũ destinatus sit nobis de illius actis, vitaq; liber. Porro q̃ nõnullæ quũ amẽt imprudentius, ad infringẽdã cõcordiã, impetu rapiunt̃, aliquot præceptiunculis promonenda est eorũ prudentia, & vehementia retardanda, idq; vnica sola re, si continuerint aĩm, hoc est affectũ & ꝑturbationẽ, quæ inbecilles fœminarũ animos maiore turbine corripit, et secũ trahit, vt minore robore possunt obsistere. Erit ergo in muliebri aĩo magna modestia, & eã operibus ostendet, Iterũ monenda est, imo sępe, ne aliquid agat, vt agere videat̃. Nã
id inest

id inefficax & infirmũ est. Sit qualis videri velit, nã eo facilius, certius, melius videbit̃. Nec putet se simulatione imponere oculis oĩm posse. Nõ sunt hoĩes stipites aut saxa, q rẽ fucatã, fictãq; discernere a vera & genuina nesciãt. Adde q vt spectantes fallãt, nõ tñ rerũ ipsam naturã fallẽt, quę nõ idẽ ro bur, easdẽ vires rebus falsis & adumbratis dedit, quas natiuis & solidis. Experiant̃ hoc in seipsis, videant nũ modestas putent eas, quę modestiã imitant̃ quũ nõ habeãt? Num redamẽt eas, quæ se illas amare profitent̃, & simulãt, quũ nõ amẽt? Proderit illud nuptæ exhibere consiliũ, quod Lollio dat prudẽs poeta Horatius de amico, vt se amici moribus actibusq; accommodet, ille venari si volet, ne tu poemata componas, sed excussis camœnis sequaris iumenta retibus onusta & canes. Fratres erant Amphion & Zetus, ex Anthiopia, & quidẽ gemini, prior lyra doctissimus, Zetus rudis. Quũq; parũ lyræ sonus placeret Zeto, & videretur ea caussa germanorũ discindi grã, Amphion lyrã posuit. Sic vxor attemperet se mariti moribus, ac studijs, ne illa oderit, aut aspernet̃. Andromachen Hectoris coniugẽ memoriæ mãdatũ est, ipsam suis manibus fœnũ & auenã Hectoris equis præbuisse, quod maritus illis delectaret̃, & in bellorũ vsum accuratissime haberet, Cæcilius Plinius amasse vxorẽ se vnice, multis epistolis suis declarat, inter quas est quædã ad Hispulã vxoris amitã, quæ illã educarat, his literis, tũ agit illi gratias, q talem formarit puellã, tũ causam cur tantopere vxorẽ amet, aperit, sic scribens de vxore. Amat me quod castitatis indiciũ est, Accedit his studiũ literarũ, quod ex mei charitate concepit. Meos libellos habet, lectitat, ediscit etiã. Qua illa solicitudine, quũ videor acturus, quanto, quũ egi, gaudio afficit̃? Disponit qui nuncient sibi, quẽ a dsensum, quos clamores excitarim, quẽ euentũ iudicij tulerim. Eadẽ si qñ recito, in proximũ discreta velo sedet, laudesq; nostras auidissimis auribus excipit. Versus quidẽ meos cantat, formatq; cithara, nõ artifice aliquo docente, sed

amore,qui magister est optimus. Quum proxime Lutetiæ Parisiorum essem, conuenissemq; Gulielmum Budeũ domi suæ, præterijssetq; qua nos deãbulabamus eius vxor formosissima, & quæ (quantum ex facie & totius corporis habitu plane heroino coniectare poteram) proba cum primis & prudens mihi mater familias visa est, Hæc vbi maritum ea, qua decebat, reuerentia, me etiam ciuiliter & honorifice salutasset, rogaui ex illo num esset coniunx. Hæc est, inquit, coniunx mea, quæ mihi sic morem gerit, vt non tractet negligentius libros meos, quam liberos, quod videat me studiosissimum. In quo hæc mea sententia maiorem etiam laudem meretur, quam Pliniana, q literas nescit, quũ illa sciret. Quanto hæ prudentius & honestius, quam quæ viros ab studijs literarũ, ab honestis artibus retrahũt, ad quęstũ, ad lusus, ad voluptates adhortanť, vt ipsę etiã in partẽ veniãt vel lucri, vel lusus, vel delitiarũ, qm̃ communicari secũ posse studia nõ putant, stultæ ignorãt quanto solidior & verior est voluptas ex gloria, q maritis fruanť sapientibus, q̃ opulentis aut delitiosis, Tũ quanto commodius cũ sapientibus viris vitã degãt, q̃ degerẽt cũ stultis, vel cũ ijs, q sapientiæ frænos affectibus suis nõ iniecerũt, quos passim excitatæ in animo perturbationes cunctos rapiũt, & transuersos impellũt. Nec solum non studia, sed nec fastidiet in marito quicq̃, nec verbis, nec oculis, nec gestu, nec vlla prorsus significatione. Omnia amabit, omnia admirabitur, omnia colet, omnia assentietur, habebit quiduis dicenti fidem, etiam si narret veri dissimilia & incredibilia. Nec se marito vlla in re pręferet. Illum patrem, illum dominum, illum maiorem, potiorem, meliorem se & putabit, & prę se feret, & profitebitur. Qui poterit constare amicitia & amor, si diues ipsa contemnas maritum pauperem, si formosa deformẽ, si nobilis ignobilem? Satyricus, inquit.

Intolerabilius nihil est q̃ fœmina diues.

Idem Hieronymus in Iouinianum, Theophrastus quoq; diuitem

diuitem vxorem ferre, tormentum esse ait, non credo nisi addant, & malam, aut insipientem. Nam quæ amentia est non considerare, quam leuis res est pecunia, vt est vltimũ ex ijs quæ solent hominibus animos tollere? Sed in multis leues & inanes animi tenui aura intumescunt, Demens, an non coniugium omnia reddit communia? Si amicitia fiant omnia communia, quanto communiora coniugio, non solũ pecuniæ, sed amici, propinqui, nihil non? Quod Romani, sicut Plutarchus inquit, suis legibus declararunt, quibus vetabatur inter coniuges dari aliquid aut accipi, ne quid distinctum & proprium esse alterius videretur. In optima repub. vt docet Plato, meum & tuum auferri deceret, Quanto magis in optima domo, quæ tum demum optima & perfectissima est, ac ea de caussa fœlicissima, quũ sub vno capite non est nisi vnum corpus. Nam si vel plura habeat capita, vel corpora, monstrum est. Quid dicam omnia esse non vxoris, sed viri? vt iuxta Plutarchi similitudinem, vinum temperatum, & si plus infusum sit aquæ, q̃ vini, vinum tamen dicitur, ita quantolibet plus attulerit fœmina, q̃ vir, huius tamen fiunt omnia. An non is possidet omnia quæ sunt fœminæ, qui fœminam ipsam possidet? qui eius est dominus? At qui audis a Domino, Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tibi, Idcirco nec de forma contemnendus est maritus, habes tu formam in corpore tuo mulier, At maritus & formam & te. Non disputo, primum quam tenue sit hoc munus, vt constat opinionibus eadem alijs speciosissima, alijs deformissima videntur, quam fluxum & fragile, quantis casibus obnoxium, quam fugax, Vna te febricula, vnus næuus, vnus pilus deformissimam posset ex speciosissima facere, Sed in viris nemo requirit illam formæ gratiam, in mulieribus decere putant, Et tamen legis a sapientissimo Rege dictũ. Fallax gratia & vana est pulchritudo, mulier timẽs deũ ipsa laudabitur, Denique si eadẽ estis caro, seu idẽ potius homo, Tu & maritus

deformis esse nequit,cui est pulchra vxor, addat etiam, si quis volet, nec pulchra vxor,cui deformis maritus,Nobilitas(vt inquit ille)sola est atq; vnica virtus. Taceo vt stulta res sit hæc quam nobilitatem appellamus, cuius opinio alitur a magno erroris magistro,populo. Sed quãlibet nobilis,si ignobili nubas,ignobilior eo redderis, nõ est vxor marito nobilior,nec in humano genere cõtinget,quod in nullis animantibus. Filij patrem sequuntur gentiũ omniũ ritu,nempe meliorem, & si tu nobilissima es,maritus tuus aut nobilissimus sit,aut tu ignobilis, Iure ciuili mariti dignitatem tribuunt fœminis, non patres. Ita vt clarissimę nõ appellentur,quæ clarissimis ortæ patribus plebeijs nupserunt. Declararunt hoc patritiæ mulieres Romæ,quæ Verginiam patritijs parentibus ortam,quia plebeijo nupserat, sacello pudicitiæ patritiæ exegerunt, plebeijam esse dicentes non patritiam,neq; id ipsa inficiata est,nec pudori se esse plebeijam habuit,nec pre illorum patritiatu plebẽ contẽpsit,nec erubuit vocari Verginia. L. Volũnij,Cornelia Scipionis filia quum in domũ venissent,amplam illam quidẽ & multis honoribus claram,sed plebeijam, & quæ cũ paterna comparanda nõ esset,ipsa ex Cornelia gente Romæ omniũ facile principe,& ex ea gente familia primaria Scipionũ filia Scipionis illius Affricę domitoris,principis senatus populi Romani,& omniũ gentiũ filia, Tertiæ Aemiliæ ex Aemilio genere Romæ, & toto orbe illustrissimo, tanta maiorum omniũ & paternorum & maternorum gloria,tamen maluit semper dici Cornelia Gracchi q̃ Scipionis,iratis etiam plerisq; qui honoris, vt putabãt,gratia,Scipionis dicebant non Gracchi, Soror prioris Dionysij tyrãni Syracusij Thesia Philoxeno nupta,quum Philoxenus, molitus aduersus Dionysiũ quædã, e Sicilia se subduxisset accersita a Dionysio fratre,& castigata ꝙ fugã mariti nõ sibi detexisset. Quid tu,inquit,tam vilẽ me & abiectã putasti vxorem,vt si de mariti rescissem fuga,non illum fuissem

secu

ta, & vbiuis gentium maluissem Philoxeni exulis vxor dici, q̃ hic in patria Dionysij regis soror. Hunc tam sanctum tam magnum animum Syracusij admirati, post exactos tyrannos, & viuam coluerunt, & omnibus honorũ generibus prosecutæ sunt mortuam, Vxor Maximiliani Cæsaris Maria, quum ei hæc Gallia Belgica patris Caroli hereditate obuenisset, galliq; Maximiliani simplicem & mansuetũ animum cõtemnerent, ad Mariam tanq̃ principem de rebus omnibus ditionis referrẽt, nihil illa pro potestate vnq̃ statuit incõsulto viro, cuius voluntatem semper pro lege habuit, & poterat absq; mala viri gratia omnia administrare sola pro arbitrio, nihil non permittẽte Maximiliano, & ex miti animo suo, & vxori charissimæ & prudentissimæ, & in bonis illius, Ita Maria virum in maximã autoritatem adduxit plurimũ ei tribuendo, ditioq; audientior fuit principibus geminata reuerentia, & quasi vtriusq; maiestate ab altero fulta & sustentata. Hæc in animo. Nũc fræni sunt lingue adhibendi, quos facile frænatus animus inijciet, Nam quod sunt impotenti lingua pleræq; fœminarum, id ex impotentia proficiscitur animorũ. Totas enim occupat ira, & aufert, nec quicq̃ illis sui iuris relinquit. Hinc in iurgando nec modus, nec ratio vlla conuitiorum, quum nullus sit rationi, nullus iudicio locus, omnia ignis accenderit & sua fecerit, nempe incrementa facile nactus, in materia molli & tenera, & proinde ardori apta. Hinc rabies effusissima affectus & linguæ, quam sępenumero miratus sum in probis, & in quibus nec pudicitiam, nec pudorem, nec sanctitatem, nec alias magnas præclarasq; virtutes desiderabam, coactus sum modestiam & temperationẽ iræ linguæq; desiderare, non sine meo etiam pudore, quum tamẽ nihil ad me de toto iurgio spectaret, quod erat inter alienissimos, si quid modo est Christiano alienum, quod Christianorum sit. Quo circa vt difficillima, ita pulcherrima erit virtus fœminæ cohibere linguam. Quod facile efficiet, si se habuerit

in sua potestate, nec perturbationibus se tanquam tempestatibus abripiendam permiserit. Illud in primis, dum quieta est dum sana, dum sui iuris, sæpe cogitet, & destinet animo, ne si in rixam cum marito inciderit, maculam aliquam obijciat insignem, vel generis, vel corporis, vel animi, vel vitæ, quam sciat illum male vrere. Nam hac contumelia irritatus coniunx, difficilior erit reconciliatio, atq; etiam reconciliatus, quoties ei dicti illius venerit in mentem, non æquis vnq̃ oculis vxorem aspiciet. Iam apud Deum quanta offensa? Dominus in Euangelio Matthei ait. Quisquis dixerit fratri suo raka, id est excerebrate, reum fore cõsilio, quisquis fatue, reum gehenna ignis. Nunc ipsa reputato, quid tibi fiet, qui maximum aliquod maledictum, non in fratrem modo sed in patrem, in Dei, quantum ad te attinet vicarium, in omnes consanguineos ieceris. Iactum vero in te a marito caue memoriæ hæreat, & patienter perferto, magnam apud eum iam sedatum inibis gratiam, ista tolerantia, & indomitum illius animum in bonum vertes, vterisque posthac mitiore ac commodiore. Terentius mores hominum poemate suo exprimens de puella pudica, inquit, Hæc vti liberali esse ingenio decet, pudens, modesta, incommoda atq; iniurias viri omnes ferre & tegere contumelias, Has ob causas redditus est vxori mariti animus, a qua erat alienatus. Hoc idem est sapientis apud Senecam tragicum nutricis consilium, quod illa Octauiæ Neronis dabat. Vnice obsequendo potius immitem virum. Nec beneficium aliquod tuum exprobraueris marito, quę res etiam inter alienos odiosissima est, & debitam gratiam pro beneficio amittit, qui exprobrat, nam excussit eam ex animo alterius. Adde q; si recte expenderis, beneficium non potest tuum esse, in maritum aliquod, quippe cui tantum debes quantum patri, quãtum ipsi tibi. Nec genus aut ingenium, aut dotes suas modesta fœmina crebro commemorabit, quæ res fastidium solet parere, vel amantissimo

marito, Iuuenalis optaturum se dicit obscuram & ignobilem citius, quam Corneliam Affricani filiam, de cuius virtute multa diximus, si animos illi faciat paterna claritas. Sic enim ait.

Malo Venusinam, q̃ te Cornelia mater
Gracchorum, si cum magnis virtutibus affers
Grande supercilium, & numeras in dote triumphos
Tolle tuum precor Annibalem, victumq; Syphacem
In castris, & cum tota Carthagine migra.

Vir grauissimus Plutarchus præcipit initio coniugij, vitandam omnem contentionis & rixæ ansam, quum nondum satis cohæsit amor, tenerq; adhuc & fragilis quauis caussa dissolueretur, vt vasa recẽter ficta, quamlibet mediocri impulsu confringuntur. Nec in thoro iurgandum esse, nam vbi ponent animorum offensiones? si locum illum ad reconciliationem maxime idoneum, rixis suis infensum & odiosum reddiderint, ac velut medicinã corruperint, quibus illis animorum morbis subueniri oportebat.

Quomodo priuatim se cum marito habere debet.

HIc non alienum erit differere quem ad modum se in priuato & remotis arbitris cum marito geret. Sciat ante omnia veteres illos, qui Iunoni nuptiarum præsidi & tutrici sacra faciebant, nunq̃ in immolata victima fel reliquisse, sed illud hostiæ demptum post aram reijcere cõsueuisse significãtes, nec iram nec amaritudinem aliquã inter coniuges esse oportere. Iidem Veneri deę Mercurium adiungebant, quasi leporem & suauitatem quandam in cõnubio. Debet enim morum lenitate & sermonis vxor maritum delinitum sibi copulare, atq; arctius in dies deuincire. Nihil enim est quod magis ad se trahat & rapiat, q̃ dulcedo morũ & orationis. Tenebit prudens mulier fabulas & historias vt iucũdas, ita honestas q̃bus fessum maritũ aut ægrũ reficiat ac recreet. Tum præcepta sapientię, quibus vel adhortetur ad virtutem, vel retrahat a vicijs. Aliqua etiam

grauia dicta contra impetus assultusq; vtriusq; fortunę, qui
bus virũ seu elatũ secundis rebus sensim demittat, seu abie-
ctũ, prostratũq; aduersis erigat, & vtrinq; ad mediocritatẽ
reducat, & si q in eo affectus sæuiũt, muliebribus castis pru
dentibusq; blanditijs tempestatẽ illam mitiget, & sedet. Sic
Placidia Theodosij filia Athaulphũ Gothorũ Regẽ mari-
tũ suũ, Romanũ nomẽ delere molientẽ a tã immani cogita
tione dulcedine orationis ac morũ suorũ delinitũ, mansue-
factũq; reuocauit. Ipsa ad eũ de curis suis oĩbus & sollicitu-
dinibus referet, modo virilibus & haud stultis auribus nõ
sint indignæ, Illũ vnũ habebit sociũ, confabulonẽ, consulto
rẽ, magistrũ, dñm, in illius sinũ deponet cogitationes suas,
in illo acquiescet. Faciũt hæc ad amorẽ mutuũ, faciũt ad cõ-
cordiã. Q ñ illos amamus natura, in quorũ pectus nr̃a cogi-
tata velut oneris partẽ deriuamus, quibusq; plurimũ fidi-
mus, vicissim nos illi amãt, q se amari sentiũt, & sibi tantope
re fidi, ita vt ad intimos animi recessus admittanť, nihilq; sit
illis in nr̃o pectore tectũ & occultũ. Curabit etiã quanta po
terit diligentia, sapiẽs mulier, vt callide scruteť, nũ qua de se
sinistra suspicio in aĩo mariti hæreat, nũ semẽ iræ & odij, nũ
quæ reliquię, nũ vestigia. Si quid sit tale, det maximã operã,
ne sinat radices adolescere. Facile hæc increscunt leuibus
caussis, & fiũt pniciosa. Euellet blanditer & satisfaciet ma-
rito. Citius inualescũt, & occidũt incogniti morbi & oper-
ti, q̃ qui se proferũt. Ne extorqueat, ne duriter attrectet, ne
magis infigat, dũ hoc agit, demet potius sine doloris sensu,
hoc est sine expostulatione, sine querelis. Nec putet sibi vel
hoĩes, vel deos vnq̃ futuros propitios, nisi placato marito.
Dñs in Euangelio ait. Si offers munus tuũ altari, & recor-
daris aliquid tibi offensiunculæ cũ fratre tuo resedisse, posi-
to ibi munere, e uestigio propera, vt fratri reconcilieris. Tũ
demũ oblaturus Deo, quod instituisti, Frustra Dei pacẽ im-
ploras nõ pacato amico, quanto magis coniuge irato? Vi-
deat etiã atq; etiã, vt quæcũq; in cubiculo & ad sacrosanctũ
genia-

genialē thorū dicenī, agenturue,etiā sacrosancta,archana, existimet maiore premēda silentio,q̄ illa Cereris Eleusinæ, aut cuiusq̄ alterius Dei Deæue mysteria,Quæ insania est efferre tā recondita,tā reticenda?Sapiēs populus Atheniensis bellū cū Philippo Macedoniæ rege gerēs,deprehensas illius ad Olympiadē vxorē literas,resignare & legere nō sustinuit,quod existimaret(id quod res habet)archana coniugū sacra esse,nec fas euulgari,aut ab alienis nosci, Ita integras intactasq; inMacedoniā ad reginā transmiserūt,Digna gens qbus fidē & silentiū coniuges oēs seruarēt.Quod si hoc illi fecerūt hosti armato,quanto cōgruentius est te marito?Porcia.M.Bruti coniūx vltroneo vulnere constantiā suā explorauit,an reticere magna secreta posset,& vbi vulnus se tacere et celare posse intellexit,tū ex viro ausa est quęrere,quęnā aio tā anxius volueret,consiliūq; Cæsarianæ nęcis cōmissum sibi a Bruto,æquę tenaciter fideliterq; ac quiuis conspiratorū tacuit.Nec solū studebit illi sp amica esse, sed etiā ne alios ei inimicos faciat,& in periculū conijciat, susceptis simultatibus.Neq; eīm p̄ lenone vtēdū ipsi est marito ad iniurias,si quas putat sibi factas vlciscendas,nisi periculū sit pudicitiæ,quæ est fœminæ res oīm pretiosissima,& huic nō erit,si nolit,& caueat. Verba si quis parū honorifica dixerit,aut fecerit,quod tenerū videat lęsisse aīm,nō ptinus est ad virū accurrendū,& igneis verbis,qualia solet ira subministrare,accēdendū illius pectus,et armanda manus,Deuorabit hęc oīa proba mulier,& existimabit se vndiq; tutā munitāq;,salua & intacta pudicitia,qua polluta nihil supest purū.Erit in cōiugali cubiculo nō modo pudicitia,sed etiā pudor,vt vxorē se meminerit,in qua Plutarchus summū amorē & summū pudorē coniunctos esse vult,atq; complexos.Ferūt Persarū regū legitimas vxores conuiuari quidē cū eis,et genialiter agere consuesse,cœnis aūt lasciuioribus nō admitti,tantū psaltrias acciri & concubinas.Eū honorē coniugio deferebāt,Nā vt princeps ille solitus erat dicere,

Vxor dignitatis nomē est, nō voluptatis. Sic maritus coniūctionis, affinitatisq; appellatio est, nō libidinis, sicut est a nobis declaratū. Decet tñ viros nec immodicis se dedere voluptatibus, nec cū alijs oblectare se, q̄ cū ,pprijs vxoribus. Sed hic viros nō docemus, q locus ad eos potius spectaret, ne ipsi libidinū & lasciuię suis vxoribus magistri essent, meminissentq; sentētiolę illius Xysti Pythagorici, Adulter est in suā vxorē, oīs impudicus amator ardētior. Et parerēt Apostolo Paulo pręcipienti maritis, vt vxores suas tanq̄ vasa generationis possideāt in sanctificatione, nō in cupiditatibus illicitis, aut immoderatis, quod gentiles faciūt qui Deū ignorāt. Sponsus in canticis canticorū sponsam sororē suā vocat, q̄ faciat moderatiorē amorē. Sed ad mulieres redeamus. Ipsę pudicū et sanctū thorū spurcis et libidinosis actibus ne coinquinēt, Casta illa Spartana rogata, an accessisset vnq̄ ad maritū, minime vero inquit, sed maritus ad me, videlicet pudica fœmina mariti libidinē nunq̄ irritarat, nec venere vsa erat, nisi vt coniugi obsecundaret, Zenobiā Palmyrenorū reginā scribit Trebellius Pollio, mulierē eruditissimā & prudentissimā ea castitate fuisse, vt ne virū quidē suū sciret, nisi tentatis conceptionibus. Nā quū semel concubuisset expectatis menstruis continebat se, si pregnās esset, sin minus, iterū potestatē quęrendis liberis dabat. Quis hanc credat nō modo libidini, sed vel mediocri voluptati concubitū dedisse? Suspicienda & adoranda matrona, q̄ nō plus muliebribus ad libidinē sollicitabat, q̄ pede aut manu. Digna q̄ vel sine concubitu pareret, quę tm̄ in pariendi vsum petebat, vel sine dolore, quæ implebat sine voluptate. Plus pręstitit nr̄a Christiana Ethelfrida Britannorū regina, quæ postq̄ semel peperisset amplius viro suo congressa nō est. Quanto magis illa Edelthrudis regina itidē eius gentis, q̄ duobus ibi maritis nupta vtrūq; ad perpetuā castitatē induxit? Fuerūt & alia coniugū paria, q̄ concubitu prorsum expertes vixere, velut Henricus Bauarus, Ro. princeps cū Si-

negun

negunda, Iulianus martyr & Basilia. Et in Alexandrina vrbe Chrysantus ac Daria, Et Amos cũ vxore sua. Nimirũ intellexerũt diuini hoĩes, id quod a sapiẽtissimis viris traditũ est, corporis voluptatẽ indignã esse excellentia hac nr̃a, quã p aĩ naturã habemus. Idcirco eo magis ab vnoquoq; contemni & reijci, quo quisq; largius de illa aĩ præstantia accepit, ppinquiorq; est Deo & reliquis mentibus diuinis, nõ vsurpari & crebro ascisci, nisi quis animus parũ generosus humilis & abiectus, multũ vilis naturæ traxit, minimũ altissimæ illius. Vxores exutæ supparis induite pudorẽ, & hoc naturæ honestissimũ amiculũ semper retinete interdiu, noctu, cũ alienis, cũ viro, in luce, in tenebris nunq̃ vos Deus, nunq̃ angeli, nunq̃ conscientia vr̃a nudã pudoris tegumento conspiciat. Nihil fingi potest turpius vobis sic nudis. Grauis poeta Hesiodus ne nocte quidẽ mulieres intimas tunicas ponere vult, quatenus noctes etiã deorũ immortaliũ sunt.

DE ZELOTYPIA.

ZElotypiã ex stoicorũ sententia Cicero finit, ægritudinẽ ex eo, quod alter quoq; potiat̃ eo, quod quis concupiuit. Diffinitur etiã metũ esse ne quis tecũ habeat cõe, quod tuũ vnius velis esse. Quibuscũq; explicet̃ v̾bis, perturbatio est certe truculentissima, & plane tyrannis immitis. Qui quandiu in mariti animo regnat & sæuit, despera nda est vxori concordia, præstaret vtriq; mori, quam alterum in zelotypiam incidere, sed precipue virũ. Qui cruciatus, quæ tormenta æquari possunt, & agitato intemperijs zelotypiæ, & ei de quo est ille metus? Hinc querimoniæ, expostulationes, clamores, odium sui & alterius, perpetua mali suspicio, rixa, iurgium, pugna, etiam cædes. Nam & legimus, & fando audiuimus occisas a plurimis coniuges suas sola zelotypia impulsis. Quo affectu feræ quoq; bestiæ precipites impelluntur. Leænam Aristoteles scribit a leone discerpi, si adulteratam deprehenderit, Cygnum fœminam ipse vna cum multis vidi confectam a masculo, q̃

alterũ mare ſecuta eſſet. Ideo viribus vniuerſis annitẽdum éſt, ne maritũ inuadat, vel ſi inuaſerit, vt relinquat, & liberet. Hoc vnica ratione mulier aſſequetur, ſi nihil vel dicat, vel agat, quod in ſuſpicionẽ rapi a marito poſſit. Bene Paulus, Hieronymus, Ariſtoteles, & alij magni ac ſapientes viri, nec malum agendũ, nec quod mali habeat faciẽ. Graue hoc inquis, nam quis poſſit etiã ſuſpiciones regere? In multis modis. Primũ ſi caſte vixeris, & propemodum hac ſola via expeditiſſima, Nã veritatis parẽs eſt tẽpus. Falſa tẽpus langueſcere & deficere cogit, vera cõfirmat & roborat. Si bona ſis, & maritũ habeas zelotypum, ſpera facile, ac breui hanc illũ animi perturbationẽ poſiturũ. Si mala, pro certo ſcito non modo nõ deletũ iri affectũ illũ, ſed adultũ indies. In ſumma ſi mariti zelũ innocens perfers, beata es, ſi nocẽs miſera. Amabis maritũ & laborabis, vt ille amari ſe ſentiat, ſed vide ne id ſimulate, nã magis, & acerbius te oderit, quo viderit accuratius te ſimulare. Ficta enim nõ modo quo diriguntur, nõ proficiunt, vęrũ plærũq; in contrariũ. Sæpius admoneo fœminas, & admonendæ ſunt ſæpiſſime, plus viri, ne ſe fallant, exiſtimantes nihil referre, agas ne aliquid, an videaris agere, Imperitæ ſunt & ſtultæ, ſi figmẽtis & fucis ſuis, rerũ ſe naturã mutaturas ſperant. Neminẽ oſtendat ſe amare, non æque modo ac virũ, ſed nec aliũ q̃ virũ. Si quos alios amat, mariti amet cauſſa, aut ſi nõ amat, mariti amicos ſaltẽ ne oderit. Nã multi ſunt viri, q facile ferũt, etiã gaudẽt, vt cætera habeant cũ vxore cõia, amicos non habere cões, quod & vxoribus vſu venit, de famulabus & fœminis amicis ſuis. In publico agat maximo cũ pudore, nec libẽter ſeu verſetur, ſeu colloquatur cũ alienis viris, nec cũ mulieribus, quæ de neglecta pudicitia male audiant. Lenæ nec cõſpectũ ferat, literas nullas vel det vel accipiat, coniuge inſcio. De alienis viris parciſſime loquatur, neq; formã, neq; dotẽ aliquã corporis eorũ laudet, aut laudantẽ libẽs audiat, nec eos intente ſpectet, nec illis præſentibus aliquid agat,

quod

quod índiciũ possit cuiq̃ esse turpitudinis. Hæc oĩa dicẽda fuerunt, quandoquidẽ non malũ modo vitandũ præcepimus, sed eius quoq; speciẽ. Nunc de zelotypia fœminę dicendũ. Quã quidẽ si habuerit, profecto non ita multa adhibuerim remedia, vt eximã, modo ne sit nimia & violẽta & quæ pacẽ domus turbet, & marito sit molesta. Nã si eiusmodi est, medicina succurrendũ censeo. Ante omnia vt cogitet mulier maritũ dominũ esse, nec idem sibi licere quod illi pudicitiã non ita viro præstandã vt fœminæ, saltẽ humanis legibus. Nã diuinis vtriq; ex æquo, liberiorẽ esse viri q̃ fœminæ vitã; viris curanda sunt multa, fœminis sola pudicitia. Claudendæ aures ijs, qui sinistrum quid de marito volunt narrare, & censendũ malã eos apud nos captare gratiam. Hermione Cadmi Thebani vxor, quum a marito propter zelotypiam discessisset, lamentans quæritur apud Euripidẽ Tragicũ, malarũ fœminarũ ingressu se perditã, quod illis obtrectatricibus aures, fidemq; adhibuisset. Mulier si ob pellicatũ, vel maritũ deserere, vel grauiter cũ eo rixari deliberet, faciat dictũ illud, cogitatione tractat, quod quidã quũ fugitiuũ persequeretur, isq; in pistrinũ se coniecisset, dixit, vbi malim te videre, scilicet q̃ eo loco in quẽ te cõiecissem ipse, si cepissem? Sic cogitet vbi me aut quid potius agentẽ videre malit pellex, q̃ profugã a domo, & geniali thoro; vel in graui dissidio cũ viro? vt tum demũ facilius ad se totã mariti mentẽ alliciat, quã ipsa a me importunitate mea auerti, & alienaui. Vt taceã vulgi sermones, quibus & se, & maritũ præbere fabulã honesta matrona, quibuscuis a viro iniurijs affecta non debet. Memoriæ a quibusdã traditum est, puellas aliquas recens nuptas, quum maritos studio venandi foris quandoq; pernoctantes suspicarẽtur alterius fœminæ teneri consuetudine, illos esse in saltus secutas, ibiq; in tenebris a maritis iaculis confixas, & a canibus laniatas, quum esse feræ crederẽtur, nimis magnas pœnas dederunt tam curiosæ zelotypiæ. Quanto ciuilius, &

 prudẽ

prudentius Tertia Aemylia prioris Affricani cõiunx, quæ quũ marito vnã ex ancillis placere sensisset, rẽ dissimulauit, ne domitorẽ orbis ac populi sui principẽ, incõtinẽtię dãnare videretur, & sese impatientiæ, quæ iniuriã cõiugis, maximi ætate sua viri, ferre nequiuisset, ac ne vulnus aliquod læsi animi aluisse in pectore crederetur, marito mortuo ancillã illã pellicẽ suam, honesto liberti sui connubio prosecuta est, rata si quis nostrarũ rerũ apud vita functos est sensus, & hoc quoq; mariti manibus gratissimũ futurũ, sapientissima fœmina non ignorabat se vxorem, se dominam esse, quocunq; vir isset, si mariti cõcubitus alteri inuideret, hoc libidinis esse non amoris. Quid quod maritũ si succẽseas, magis irritabis? si feras, citius reuocabis? præsertim vbi tuos faciles mores cũ importuna pellicis insolentia compararit Sic Terentius humanorũ adfectuũ depictor Pamphilum a Bacchide cõcubina charissima ad inuisam vxorẽ traductũ scribit in Hecyra, postq̃ & ipse Pamphilus sese & illã Bacchidẽ, & hanc quæ domi erat, cognouit satis, ad exẽplum ambarũ mores earum existimans. Hæc ita vt liberali esse ingenio decet, pudens, modesta, incõmoda atq; iniurias viri oẽs ferre, & tegere cõtumelias. Hic animus partim vxoris misericordia deuinctus, partim victus Bacchidis iniurijs, paulatim elapsus est Bacchidi, atq; huic transtulit amorem postq̃ par ingeniũ nactus est. Hæc ille. Non tacendum est nobilis illius factum, quæ quũ maritũ haberet amore alienæ vxoris captũ, ireq; ad illã quotidie, inter virũ & fratres illius insidiantes præsentissimo periculo videret, maritũ aggressa. Tu inquit, mi vir ab amore isto illicito diuelli nõ potes, nec ego abs te id cõtendo, solũ oro, ne cum tanto vitæ tuæ discriminæ ames, illa se velle sequi te ait, duc in arcẽ tuam, ego ipsi hanc ędium partem cedam instructissimam, in aliam migrabo, ac do tibi fidem non aliter me illam habituram q̃ si soror esset, si quid secus senseris, tu me potius expellito, illã retineto. Persuasit marito, & nocte quadã pellicẽ

in arcẽ

in arcē intulit vehementer trepidāa ac metuentē vxorē amatoris, quæ illā blandissime & humanissime exceptam in suis cubiculis locauit, nec aliter appellauit, q̄ sororē, misitq; bis ad eam quotidie, tractariq; iussit accuratius & delicatius q̄ se, absq; vlla vel in verbis vel in factis odij significatione. Nunc inquit marito, tutius amabis, & securius fruere. Vir vno fere anno ad vxorē tenerā, nobilē, castam, & certe cōcubina formosiorē non accessit. Vxor quid in animo haberet, solus scit Deus, quod homines iudicare poterāt, nō inique ferre videbatur, præsertim vbi maritū periculo subduxerat. Multa in tēplo, multa in præcibus esse, afflictā facile oēs intelligebant, indignantē aut cōquerentē nemo. Post annū maritus ad vxorē totus cōuersus amicam cœpit capitaliter odisse, & ea pulsa tantū amorē in vxore collocauit, vt in ea se animū, vitā, spiritū suum situm esse prædicet. Nec sustinebit, vt ait, superstes illi esse. Nominibus abstineo, quoniā omnes viuunt. Et hæc quidem dixi de ijs, quę certā habent zelotypiæ caussam. Nā quæ incertam importune ac intollerabiliter agunt, & sibijpsis & maritis certum cruciatū ob incertum admissum afferre, quod faciunt pleræq; immodice vel amantes, vel indulgentes affectibus suis, quæ ipsæ sibi fingunt somnia, & infirmas cōiecturas p magnis & compertis argumentis arripiunt. Iocatur cū aliqua maritus, ne putes protinus amare. Magna pars affectus est, quid credas, sæpius enim ex opinionibus affectus quam ex rebus nascuntur. Ne traharis quibuslibet suspitionibus, quam ne perspecta quidem & explorata mouere debent.

De Ornamentis.

ET hoc vt cætera ad viri voluntatē moresq; referēdum est, si malit tenuē cultū, hoc vtendum. Nam si ornatiorem ac splendidiorem quæris, iam nō adeo mariti oculis te componis quā alienis, quod non est probæ. Quid enim cum auro & argento mulieri, primum Christianæ, deinde

cuius

cuius maritus illis nõ delectat. Tu iubente viro ad Christianũ ornatũ te nõ accommodas, quae etiã diabolicũ debes induere, si velit? Ambrosius de fucis ad hunc modũ scribit. Hinc illa nascunt incentiua vitiorũ, vt quęsitis coloribus ora depingant, dũ viris displicere formidant, & de adulterio vultus, meditent adulteriũ castitatis. Quanta haec amentia effigiẽ mutare naturae? picturã quaerere? & dũ verent maritale iudiciũ, prodere suũ? Prior em̃ de se pnunciat, quae cupit mutare, quod nata est. Ita dũ, alij studet placere, prior ipsa sibi displicet. Ambrosius hęc, quę ipse sentit, quũ nihil super hoc vxori maritus diserte pręcepit, nec vir prudẽs pręcipiet. Quod si pręcipiat, aut velle illũ scias, dabis hoc quidẽ oculis & voluntati eius, sed dices cũ sancta Hester, omni illa diaboli pompa compta et instructa. Tu scis dñe necessitatẽ meã, quod abominer signũ superbiae & gloriae meae, quod est super caput meũ in diebus ostentationis meae, & detester illud, quasi pannũ menstruatę, & nõ portẽ in die silentij mei. Quod si liberũ sit mulieri, quibus velit indui & ornari, cogitet iã nõ habere quur magnopere fastũ & nitorẽ cultus exquirat, quũ cõiugata sit, & inuenerit, quod alię p eiusmodi se retia dicũt quaerere. Admonet Cyprianus martyr nuptas vt videãt ne nimiũ sibi perplacendi studiũ de coniugũ solatio blandiant, ne dũ eos in excusationẽ suã proferũt, in societatẽ criminosae consensionis asciscat. Hñt quid nos añ de ornamentis senserimus, nũc magis decebit Petro auscultare & Paulo, q cultũ matronę Christianę simplicẽ esse volũt, splendentiorẽ sanctitate vitę, q̃ auro vel gemmis. Et habet honesta mulier alia vęriora ornamenta, tũ in pudicitia (vt Xystus inquit) tũ in honeste educatis liberis, sicut dicebat Cornelia Gracchi, tũ in viri gloria. Philonis sapientię sectatoris vxor, quũ sine aurea corona processisset in publicũ, & alię gestarent, rogata, quur nõ & ipsa ferret, vxori respondit, satis ornatus esse viri virtutẽ & laudes. Quis non pluris faciebat Catonis nõ admodũ diuitis vxorẽ, q̃ multorũ pub-

rũ publicanorũ, q̃ diuitijs diffluebãt coniuges? An nõ præstat Xantippen Socratis pauperis coniugẽ fuisse, q̃ Scopę, vel cuiuslibet illius æui opulenti? Ornamentũ mulieris (ait Democrates) sermonis ac ornatus parsimonia, & ornatissima est quę optimũ habet virũ. Cæterũ vt nõ pręciosum cultũ, ita nec sordes in matrona ꝓbarim. Dandũ etiã nonnihil est, & tempori, & loco, & receptis moribus, sed nõ multũ, ac multominus etiã q̃ postulẽt. Aristoteles in œconomicis libris minore cultu apparatuq́ꝫ debere mulierẽ vti censet, q̃ leges moresq́ꝫ ciuitatis præscribãt, quippe quã considerare (inquit) conuenit, quod nec vestimentorũ nitor, nec excellentia formæ, nec auri magnitudo, tantũ valet ad mulieris laudẽ, quantũ modestia in rebus, ac studiũ honesteq́ꝫ decoreq́ꝫ viuendi. Est ergo plus semper rationi tribuendũ, plus sanctitati & pietati, q̃ vanis iudicijs et prauis moribus, ꝑ sceleratos aliquos inductis, atq́ꝫ a corruptis vulgi sensibus acceptis & cõfirmatis. Deberẽt sanctiss. aliquot matronæ velut cõspiratione facta in eiusmodi mores impetũ facere, vt tenui ac parabili cultu, & ipsæ quod oporteret, facerẽt, & alijs viã, qua insistendũ esset, indicarẽt. Quanto maior laus esset malũ sustulisse morẽ, q̃ secutã esse, nec desperandũ est posse tolli ab aliquibus, quũ aliquę attulerint. Quantũ enĩ consensus malarũ valuit in malũ, tantũ bonarũ in bonũ, inciperẽt mõ honestate, modestia, pudicitia certare, ijsq́ꝫ vincere pulchrũ ducerẽt, nõ ostentatione opũ, quæ leues animos in maximas ęmulationes et certamina adducit. Paucę inuidẽt alijs ꝓbitatẽ, rarę patientiã & amorẽ viri, plerę́qꝫ ornatũ, vestes, torques, murenulas, monilia, inaures, annulos O supbissima & stulta animalia, ficta ad vanitatẽ & ostentationẽ. Hinc certamẽ tã accensis aĩs eousq́ꝫ ꝓgrediť, vt quẽadmodũ sapientissime Cato apud Liuiũ inquit, diuites id habere velint, qđ nulla alia possit. Pauperes ne ob hoc ipsum cõtemnãť, supra vires se extendãt. Ita fit, vt quũ pudeat, quod nõ oportet, quod oportet, nõ pudeat. Maritos ac

lib eros spoliāt, vt se vestiāt, domi fames & egestas, vt ipsæ onustę auro & serico in publico incedāt, maritos ad turpes questus, ad praua facinora suis querelis impellāt, ne vicina, ne cōsanguinea, ne affinis ditior est se & ornatior est, ostentet. Et hęc grauia atq; immodica tolerabilia essent, si nō etiā pudicitiā venderēt, vt illinc pararēt, qđ maritus dare nolit, vel miser nō possit. His tantis malis succurrendū esset, aut diuitū matronarū consensu, ac cōspiratione, q̄ suo exemplo alias ad meliorē mentē reuocarēt. vel lege aliqua tanq̄ frænis iniectis, qualis fuit vetus illa Oppia, q̄ mulierū sumptibus modū statuebat. Christianos concionatores deceret gentilē hoīem Pythagorā nō æmulari mō, sed in pulcherrimo certamine vincere, de q̄ Iustinus scribit in hunc modū. Docebat Pythagoras matronas pudicitiā et obsequia in viros, inter hęc velut genitricē virtutū frugalitatē oībus ingerebat, cōsecutusq; assiduitate disputationū erat, vt matronæ auratas vestes, cæteraq; dignitatis suæ ornamenta, velut instrumenta luxuriæ deponerēt, vera ornamenta matronarū dicēs pudicitiā, nō vestes esse.

DE PVBLICO.

NVptas decet rariores esse in publico, q̄ virgines, nam quod hę videbant̄ quęrere, illę iam habent. Ideo tota cura eo referenda est, vt quod nactę sunt, conseruent, & illi vni studeant placere. Legislator Lacedæmonius nuptas velata facie, quum prodirent in publicum, esse iussit, quod iam nec spectare alios nec spectari ab alijs conueniret, quę domi haberent, quem vnum spectare, et a quo vno spectari deberent velle. Quem morem Persæ & prope populi omnes orientales tenuerūt, ac multi etiam græcorum, Sed non sic inuoluto capite, quomodo hoc tempore in quibusdam Europæ populis, vt ipsæ incognitę atq; inuisæ alios & videant & cognoscāt, in quo subit admirari, non tam mulierum delicias, delicias vero, imo in facie velo tenui opertam densissimam impudentiam, q̄ stultitiam maritorum.

quanta

quanta ſit hæc flagitijs occaſio non conſiderantium, nõn faciẽt inquient, vtinam nunq̃ feciſſent, & alioqui non eſt feneſtra licentiæ aperienda. Sit ergo in mulieribus nuda velis facies, verecundia contecta & clauſa, velum illud priſcum nõ adeo pertinebat, ipſa vti ne cerneretur a viris, vt ne cerneret viros. Faunã Fauni regis Aboriginũ vxorẽ quandiu vixit, nemo vnq̃ vir vidit præter Faunũ. Ideo mortua, noĩe Bonæ Deæ culta eſt, eiuſq; ſacris nõ modo viris omnibus interdicebat, ſed nec imaginẽ licebat conſpici maſculi animalis. Neq; id dico, quod clauſas ſemper mulieres velim, aut opertas, ſed quod rariores in publico, & minus inter viros, quo etiam nihil poteſt gratius viris contingere. Quã iucundũ putamus fuiſſe Tigrani Regi, qui quũ Cyrũ inuitaſſet Regem Perſarum, & poſt conuiuiũ multus eſſet apud Tigranem de Cyri forma ſermo, rogauit vxorem Tigranes, ecquid eſſet ipſi viſa Cyri forma? Non poſſum, inquit illa dicere. Nam ita me Dij bene ament, vt toto conuiuio nunq̃ abs te ad alium virum deflexi oculos. Sancta matrona nec audiet libens viros alienos, nec de eis, deq; eorum forma diſſeret. Quid ipſi cum pulchritudine aliorum cui omnes viri æque pulchri, omnes æque deformes eſſe conuenit præter maritum? Is vnus cæteris pulchrior ſit, cæteris venuſtior, vt matri ſuus vnicus filiolus. In canticis canticorum, ſponſo, fœminarum omnium pulcherrima ſua videtur ſponſa. Viciſſim huic ille viros vniuerſos forma & gratia vincit. Nec minus Duellio vxoris grata ſimplicitas, dicam Hieronymi verbis. Duellius (inquit) qui primus Romæ nauali certamine triumphauit, Biliam virginem duxit vxorem, tantæ pudicitiæ, vt illo quoq; ſæculo pro exemplo fuerit, quo impudicitia monſtrum erat, non vitium. Is iam ſenex & tremente corpore in quodã iurgio audiuit exprobrari ſibi os fœtidũ, & triſtis ſe domũ contulit, quũq; vxori queſtus eſſet, quare nunq̃ ſe monuiſſet, vt huic vitio mederet. Feciſſem inquit illa, niſi putaſſem oĩbus viris ſic

os olere. Laudanda in vtroq; pudica & nobilis fœmina, & si ignorauit vitiũ viri, & si patienter tulit, & quod maritus infœlicitatẽ corporis sui non vxoris fastidio, sed maledicto sensit inimici. Idem Hieroni Syracusio regi ferũt contigisse, nimirũ hoc dicere nõ possent istæ, quæ multos viros ante maritũ, multos cum marito osculatæ sunt. In publico quantus sit seruãdus pudor, ex hoc facile poterit colligi, qđ & domi, & in cubiculo, & cũ solo viro, & de nocte seruandũ volumus. Quid attinet morem illũ barbaricũ insectari quo apud nonnullas gentes promiscue viri & vxores eisdẽ balneis lauant? ne cõmemorandus quidẽ, est ferinus potius q̃ humanus. Pauca mulier audiet, præsertim viros loquentes, pauciora dicet. Si quid vel se auditurã lasciuũ vel visurã putat, subducat q̃ primũ se. Hieron, cuius modo memini, Epicharmũ poetã magna pecunia mulctauit, q̃ præsente regina indecorũ quiddã recensuisset. Augustus Cæsar Athletarũ spectaculo, quod ij corpora nudare soliti erãt fœminas venire, edicto vetuit. Non mirũ hic est Cæsar, q leges tulit de adulterijs, & pudicitia. Non ergo loquetur, nisi quæ obfuerit tacuisse, nec audiet, aut certe non attẽdet ea q̃ nihil ad probitatẽ morũ attinẽt. Vituperat Iuuenalis eas fœminas, quæ sciunt quid Seres, quid Thraces agant, quid toto fiat in orbe. Cato in oratiõe de fœminis omnino vult honestã matronã nescire quæ leges, vel rogentur, vel abrogentur in sua ciuitate, quid in foro, quid in curia geratur. Hinc illud apud Græcos vulgare, mulierũ opera telæ non conciones. Aristoteles minus turpe ducit esse viro etiam quæ in culina agantur nosse, q̃ mulieri, quæ extra domũ Idcirco eã prorsus vel loqui de rep. vetat vel audire. Matertera mam suã scribit Seneca, per sedecim annos, quibus maritus suus Aegyptũ obtinuit, nunq̃ in publico cõspectã esse, neminẽ prouincialiũ in domũ suã admisisse, nihil a viro petijsse, nihil a se peti passam, Itaq; loquax (inquit) & ingeniosa in contumelias præfectorũ prouincia, in qua etiã vitauerunt

runt quidā culpā, non effugerūt infamiā, velut vnicū sancti tatis exemplū suspexit, & quod illi difficillimū est, cui peri culosi sales placent, omnē verborū licentiā cōtinuit, & ho die similē ipsi quis nūq̄ speret, semper optat, multum erat si per sedecim dies illā prouincia probasset, plus est q̄ ignora uit. Hactenus Senecæ verba. Intelligebat profecto sapien tiss. fœmina cōgressus virorū aliquid noīs sui candori ob futuros, delicatū & tenuē pannū nō debere a multis cōtrectari. Sunt quædā quibus animū faciunt alienæ dignitates, vt mariti, fratris, propinqui, affinis, etiā (si dijs placet) amici interdū leuiter noti. Quātę stultitię est sic agere, vt aliū sua virtus bonū & honore dignū faciat, te aliena virtus malam & honore indignā? Nec desunt q̄ sic propinquorū potētia abutātur, vt nō se modo, sed illos ipsos potētes inuisos faciāt. Vt vxor fratris Vitellij imperatoris, q̄ ex principatu leuiri plus sumebat sibi, q̄ ipsa imperatoris vxor, Hieronis Syracusani regis impotēs sororū dn̄atus impulit populum ad seditionē, qua ille cū vniuersa sobole deletus est, erat no stra ætate nobili cuidā superbissima vxor, is magnis operibus deuolutus iure id passus iudicatus est, q̄ mariti potētia mulier arrogātissime ferociret. Vultis admiscere vos publicis negocijs, & impetu vestrorū aīorū existimatis vos populos & nationes administraturas, molimini vobiscū trāsuersas rapere ciuitates, & impingitis in durū vobis scopulū, vnde resp. licet afflictę & cōcussæ, enatāt tamē, vos peri tis, nō nostis modū ac moderationē, & qđ pessimū est, nosse vos creditis nulla re cædere expertissimis vultis, sed trahere oīa affectu tentatis, nō cōsilio. Arbitramini de nihilo esse, qđ sapiētes submouerint vos gubernaculis rerū? qđ Paulus ap̄ls vetet vos loqui in ecclesia, hoc est in cōuentu & cōsensu hoīm, quod iussæ sitis velare caput. Hæc oīa eo spectāt, ne ciuitas sit vobis curę. Abūde magna ciuitas vobis sit domus, publicū neq; noscatis, neq; vos noscat. Thu cydides ne laudari quidē sermonibus vulgi bonā mulierē

vult, tantũ abeſt vt vituperari nõ abhomineť, ſed eſſe prorſus alienis incognitã, minimũq; de illa famã loqui. Nõ eſt argumentũ pudicitiæ nimis noſci fœminam, & celebrari, & cantari, & publice quoque cognomine aliquo inſignitam volitare per ora multorũ, velut pulchrã dici, aut ſtrabã aut pætã, aut ruffam, aut claudã, aut obeſam, aut pallidã, aut macilentã, Hęc enim publice in proba muliere ignorari oportet, quẽadmodũ ſuperiore libro nobis eſt dictũ. Sũt tamẽ quarũ vitæ ratio ita fert, vt verſari habeãt in publico, velut q̃ vẽdunt aut emũt. Nollẽ fieri ſi poſſet, huiuſmodi negotijs mulieres admoueri. Quod ſi aliter nequit, adhibeantur ijs rebus vetulæ, aut mediã ætatẽ egreſſæ cõiugatæ. Sin vero neceſſe eſt per puellas agi, dent operã vt ſint comes ſine blãditijs, & pudibũdę ſine arrogãtia, malintq; aliq̃d iacturæ in mercibus facere, q̃ in pudicitia. Hoc dico propter nõnullas, q̃ nimijs blãditijs emptores alliciũt. At nõ matronarũ (inquit Plautus) par eſt officiũ, ſed meretricũ viris alienis ſubblãdiri. Quarũ etiã dolos breui cognitos emptores vitãt tãq̃ Syrenũ cãtus, Maiorẽ quęſtũ faciet verecũda, quã nec mentiturã nec impoſturã, de facie & moribus, emptores iudicabũt. Delectatur q̃dẽ blãditijs & luſibus locuples mercator, ſed rarus eſt qui pecunia redimat, & quũ ad ſeriũ mercatus ventũ eſt, nulla fides habetur laſciuæ. Cæterum quomodo ſe cũq; hæ res habeãt, illud ſemper mulieris aio & cogitationi obuerſetur, vnicũ fœminæ theſaurũ eſſe pudicitiã cũ pudore. Quũ probã coniugẽ domi ſic eluſerim, intelligi ſatis poteſt, quantũ illi concedã in bello gerẽdo, et tractãdis armis. Ne noĩare quidẽ hæc illã volo, quæ vtinã & chriſtianis viris adimerẽtur. Iã euanuit illa Iudith vidua vmbra tantũ rerũ futurarũ, q̃ cõtinẽtia & ſanctitate ſua Olophernis hoc eſt Diaboli caput abſcidit. Iã Delbora, quæ iudicauit Iſraelẽ Euãgelio Chriſti ceſſit. Qñ̃q̃ hæc nõ tã bellicis cõſilijs & artibus populũ Dei bellantẽ adiuuit, vt ieiunijs, prȩcatiõibus, vaticinio, de quis duabus fœminis poſt

quam

quā.D.Ambrosius in libro de viduis disseruisset,ad Christianas cōuersus fœminas, inquit, Ecclesia autē non armis secularibus vincit aduersarias potestates,sed armis spiritalibus,quæ sunt fortia Deo,ad destruēdas munitiones & altitudinē nequitiæ spiritalis.Arma ecclesiæ fides, arma ecclesię oratio est,quæ aduersariū vincit.Mulieris in publico neq; vox,neq; verba,neq; gestus,neq; incessus, significationē aliquā præbebūt vel arrogātiæ,vel fastidij,vel delitiarū.Omnia erūt simplicia & recta modestia & pudore tēperata atq; cōdita.Et quoniā leues quarundā animi tenuissima honorculi aura facile impellūtur admonendæ sunt,vt grauiores sint,q̄ quæ tā exiguo spiritu queāt agi,prudētiores q̄ quæ ignorēt,q̄ ridicula sit res & despiciēda,hic quem nos honorē vocamus. Quid ad rem facit Cornelia voceris,an dn̄a Cornelia? O tenerū animū si vna inflectitur vocula. Stulta,an nō vides te nō ideo dn̄am esse, q̄d voceris? quid qui reginas & augustas nomināt fœminas, an etiā faciūt,quia sic appellāt? Angelus Gabriel reginā & dn̄am suam,Mariæ tantū noīe cōpellat, & tu indigne accipis tuo ipsius noīe a viro meliore te nūcupari? Quanta ignoratio est eorū quæ cupis? dn̄am vero nemo potest vocare nisi quā adamat.Nā ea demū est illius dn̄a & tyranna,cui seruit is misere ac abiecte.Age vero quantū interesse putas sedeas,ambulesue prima,an postrema? apud nonnullas gentes honoratiss.sunt primi,apud alias postremi,apud alias medij.Ergo hoc totū opinionibus cōsistit, non natura rerum Quod si opinioni satisfaciendū sit,quum es prima,puta te apud illos agere,qui primis deferūt honorē,quum media, apud illos qui medijs,quum extrema,qui extremis,sic semper videberis opinioni tuæ honestissima. Contra ne honore nimiū efferaris,quum honoratissimo sita es loco,cogita te in illis esse populis,q̄bus est iste locus infimus. Iā cedi de via,quid aliud est quam fortiorem imbecilliori indulgere,vt rectum claudo,vel firmum & valentem inualido,

vel

vel expeditũ implicato, vel celerẽ tardo? Et putas aliã esse causam, quur viri fœminas tam blande compellẽt? tã suauiter alloquanť, tanto in pretio habere ac veneratione etiam videanť, q̃ ꝙ imbecillũ sexũ et in quo leuissime quęq; offensiones penetrãt ac imprimunť altissime, robustior sexus delicate contrectat vt vitra tenuia & ꝓinde fragilia. Nõ ergo vr̃a virtus parit vobis honorẽ, sed aliena humanitas. Nec honoramini, quia honorẽ meritę, sed quia honoris auidæ. Nã quũ vidẽt vos tanto affectu id cupere, et eiusmodi capi, exiguã rẽ benigne vobis gratificanť. Vocãt dominas, arridẽt, colloquunť blande. Verba quanti constãt. Cedũt via, facile tantilli itineris dispendiũ, & interim respirãt, locãt priores, bñ sedebũt sub vobis, dãt partẽ in domo instructiorẽ, vestes molliores, aurũ, argentũ, gemmas, idẽ faciũt & pueris, ne plorẽt. Nec vos sapientiores pueris existimant, nec estis, q̃diu illis mouemini. Deniq; vobis relinquũt, quę male vos vrũt adempta, illis cõtempsisse magnificũ ac gloriosum est, & quia vos norũt tales, nemo honoratiores putat, quod honoremini a viris, sed illos potius ciuiles & moderatos, q honores concedũt eis, quas sciãt honoris imagine ægre cārituras. Vir sum, sed quatenus vos patria quadã charitate suscepi instituendas, nihil quod ad eruditionẽ vestrã ꝑtinere credã, vel celabo, vel dissimulabo, etiã mysteria nr̃a detegã, nescio qua virorũ gr̃a. Itaq; volo vt ne ignoretis rideri vos & inani illa honorũ specie deludi a nobis, ac quo estis honorũ cupidiores, hoc nobis maiori esse & ludibrio & fabulæ. Largimur vobis impliter ineptias illas, quos vos honores dicitis, sed nõ mercede nulla, Nã vos vicissim nobis de stultitia affectuũ & iudiciorũ vestrorũ nõ paruas nobis præbetis voluptates. Nescitis profecto vbi solidus honor est situs. Mereri honorẽ decet, nõ expetere, Et sequi is debet, nõ captari. Argumentũ vobis erit, honorẽ vos mereri quũ contemni, nõ ægre feretis. Et est hic natura atq; ingenio sic ꝑuerso, vt quod de Crocodilo Physici scribũt, fugiẽtes per-

tes ꝓsequaẽ,ꝓsequentes fugiat,asper blandientibus,blandi ens asperis. Nulla expeditior ad gloriã via inquit Socrates, q̃ ꝑ virtutẽ,quæ sola gloriã nec quærit,& inuenit. Catonẽ Vticẽsem Salustius scribit maluisse bonũ esse,q̃ videri. Ideo quo minus gloriã quęrebat,eo magis assequebaẽ. Ergo certissima ad verissimos honores via est virtus,q̃ vt inhonorata esse nequit,ita nec contemni se indignaẽ. Assentationes, adulationes,blanditias,q̃ putat honores esse aut laudes,digna est cui honores laudesq; nõ aliæ contingãt. Et tñ sunt aliquæ tã dementes,q̃ quũ adulari se sciãt,laudari tñ credãt. Quid ignoratis miserę,quantũ a laudibus assentatio differat? An vos esse laudes putatis eas,quas nec ille ex aĩ sententia dicit,& vos scitis tũ falsas esse,tũ illa ex aĩo nõ loqui,sed vel ridendi vel fallendi grã simulare? Nemini de vestris bonis plus credideritis,q̃ vobismetipsis. Quæ se explorauit & nouit,plane videt nihil in se esse,quod laudẽ mereaẽ,prę ter aĩm,q se laude oĩ indignũ censet. Si qd boni adest, Dei munus est,illi acceptũ referaẽ,illi laus,illi gratiarũ actio. Sin quid mali,nr̃i sceleris est,vt reprehensio iure ad nos ptineat,laus ad aliũ. Quũ vero hęc sit in humanis honoribus vilitas,vilissime mentis est,ita se demittere vt humana cuiq; inuideat. Q, si honores inuidere turpe est,multominus pecuniã decet,aut vestes,aut possessiones. Pręstat eñ honor his oĩbus, Nec formã inuideri cõuenit,nec valetudinẽ,nec foecunditatẽ. Munera hęc dei sunt,vt alia oĩa,q̃ contingũt mortalibus,sicut nos dicimus bona,vt iã nõ ei q illa recepit inuidere,sed distributorẽ beneficiorũ suorũ deũ culpare & repręhendere videamur. Taceo ꝙ hęc nõ magis habenti inuidenda sunt,q̃ magna iter ingressis impedimenta. Quid eñ aliud hęc sunt fortunę bona,q̃ molestę in vita sarcinę? Et qđ pessimũ oĩm est,q̃ aĩm ad cœlestia tendentẽ nutu & pondere suo ad terrã deijciãt. Si absit inuidia,facile illud pelleẽ vitiũ,quod ex inuidentia nasci fere solet,vt litigent,iurgenẽ, conuicienẽ,alienæ domi curiosæ sint,inspectentq; ac scru-

tent quid agāt, quid dicāt, q̃uo & vñ viuāt. Hęc nunq̃ hone sta mulier faciet, sed impudēs & digna pſcindi ſatyra. Niſi illud forſan agas, vt indigenti ſubuenias. Tibi enim dereli. ctus eſt paup, orphano tu eris adiutrix, fœlix ſi hęc eſt mēs, de qua in pſalmo dicit. Btūs q intelligit ſup egenū & pau. perē, in die mala liberabit eū dñs. Dñs conſeruet eū, & vi. uificet eū et beatū faciat eū in terra, et nō tradat eū in animā inimicorum eius. Dñs opē ferat illi ſup lectū doloris eius, vniuerſum ſtratū eius verſaſti in infirmitate eius.

Quomodo agendum domi.

DVobus illis pudicitiæ & amori cōiugis ſummo, ſi pe ritia regēdę domus accedat, lætiora fiūt & fœliciora connubia. Sine hoc tertio res familiares, ſine illis prioribus coniugium non conſtat, ſed ſæua & perpetua eſt crux. Lacæna in bello capta, rogata a victore quid ſciret facere, do. mum (inquit) regere. Viros Ariſtoteles ait in re domeſtica quæſtores debere eſſe, fœminas cuſtodes quæſitorū; quas in hoc videtur finxiſſe natura meticuloſas, ne parta profun derent, addita ſemper cura & anxietate, ne deſit. Quod ſi mulier larga ſit, nunq̃ vir tantum poterit cogere, quantum hęc breui prodiget. Ita res tota familiaris breui dilapſa con ſiſtere nō poſſet. Non decet ergo honeſtam matrēfamilias profuſam eſſe, nec pudicitię multū parcūt, quæ pecuniæ nō parcūt. vt de Sempronia Saluſtius inquit, cui chariora ſem per omnia q̃ decus aut pecunia fuere, pecuniæ an famæ mi nus parceret, haud facile diſcerneres. Nō ꝙ eā iniuſte parta velim mordicus retinere, aut vetare, ne vir in ſctōs vſus pe cuniā diſtribuat, & qui numus ſemel eius arcā ingreſſus eſt tanq̃ in labyrintho aut turri Danaes exitū non inueniat, qđ quædā faciūt, ignaræ quatenus ſeruandū, & continendū ſit. Idcirco Eſſei, mulieres ſecū in illā ſanctiorē vitā nō duce. bāt, ꝙ negarēt idoneas eſſe communitati rerū. Nam quod ſemel apud ſe vidit fœmina, pati nō poteſt gratis alio tranſ. ire. Itaqꝫ parſimoniæ ac frugalitati familiā aſſuefaciet, Nam

hæ

hæ fœminarũ potius partes sunt, q̃ virorũ. Sed ita vt sciat aliud esse parsimoniam ac auaritiam, multum inter frugalitatem & sordes interesse, non idem esse, sobrie viuere & esurire. Dabit operã, ne quid desit familiæ, non modo in cibo, sed nec in vestitu. Qua de re audiẽda est Aristotelis sententia. Tria, inquit, quum sint, Opus, Cibus, & Castigatio. Cibus sine castigatione & opere petulantẽ reddit. Opus vero & castigatio sine cibo violenta res est, & infirmum facit seruum. Restat igitur vt opus faciendum mater familias ministris tribuat, & cibum sufficientem, quæ est serui merces. At ministret omnia ex volũtate & iussu mariti, aut eo certe modo, quem sciat illum non improbaturum. Non aspera in familiam, nec dura, sed comis & beneuola, vt matrem magis experiantur, quam dominam, sicut Hieronymus inquit. A quibus mansuetudine potius quam seueritate exigat reuerentiam, ad quam breuissima est per virtutem via, nihil adducit authoritati & venerationi, rixæ, iurgia, conuitia, plagæ, detrahunt citius, consilio autem ratione grauitate morum, verborum, sententiarum, quiduis perficias commodius quam impetu & violentia, magis prudentes veremur quam iracundos, plus cogit quietum imperium, quam vehemens, imperiosior concitatione quies. quod quum dico, non inertes esse matronas aut segnes, sed reuerendas hortor, ne sic quiescant, vt dormiant, ne sic præcipiant, vt contemnantur, vigilent, intentæ sint, seueræ sine sæuitia, acres sine amaritudine, diligentes sine violentia. neminem oderint ex familia, præsertim si non malus est. Quod si diu domi ministrarit, non alio habeat loco, quam fratris, aut filij. Feles & canes aliquamdiu domi alitos diligimus, quanto is affectus verius erga hominem præstandus est. Admonendæ etiam sunt, quæ ministrant, meminerint dicti Pauli, vt nauiter & mansuete & benigne obediãt munus suũ, hilariter etiã & cũ suauitate, non obloquẽtes, nõ obmurmurantes, sed ne tristes quidem, ne gratiã la-

boris & apud hoīes & apud Deū amittant. Tū puras cōtineāt manus a furtis & rapacitate, In quo gratiores sunt bestiæ oēs, q̄ multi hominū. Quæ enim fera est adeo immanis, vt alimentorū atq; educationis beneficiū sic remuneretur, vt de cōmodis illius detrahat, a quo tot cōmoda percepit? Quāq̄ non solet id fieri nisi ab animis deiectis & plane seruitute dignis. Dn̄os & dn̄as non secus diligēt, & colēt famulæ ac patres matresq;, quippe altor educatorq; non alio est q̄ patris loco. Id nomē ipsum ostendit, quo patres & matres familias dn̄i & dn̄æ nūcupantur. Tū Romano more libertini patronorū noīa vsurpabāt tanq̄ parentū. Nihil seu dicant famulæ, seu agant, quod a matre aut filiabus familias, aut etiā alijs famulabus accipi in exēplū peccati possit. Grauius plærūq; peccatur exēplo, q̄ facto. Sed ad matrē familiæ redeamus. Fidelius & gratius obsequiū est quod ab amore impetratur, q̄ quod a metu exprimitur. Metum abesse placet, reuerentiā non placet. Ne sis famulis viris nimiū blanda materfamilias, nec facilis, nec festiua, nec multū cū eis versare, nec tecū vel colludere quisq̄ eorū audeat, aut iocari. Sis eis sane chara, sed nō tam chara, q̄ reuerēda. Non vis metui vt dn̄a, at venerationē exige vt mater, famulare genus licentiæ auidū est, quā ipsi sibi ostēsam arripiūt, & augent. Nō tam exacte viro præceperim caueat ne sibi familiā fecerit nimis familiarē, q̄ mulieri, cui nolim multū esse cū famulis cōmercij. Nec cū eis plęraq; transigat, ne arguat ipsa, ne castiget viros. Marito id muneris relinquat. Sit tota cū famulabus suis, quarū sint integri mores, & pudicitia explorata. Ipsa plurimū simul exēplo adiuuabit, simul monitis & præceptis, tū diligenti cura, ne quid eā lateat quo modo famulæ viuāt, & vicijs remedia opponat, ac velut morbis antidota. Si qua parum syncere habere integritatē deprænhensa est vel credita, nec obiurgationibus & castigatione proficitur, pellatur domo, facile proxima q̄q; venenū corrūpit & credit suspicax vulgus famulas dn̄arū

esse

esse similes, Quã illud est apud Hieronymũ freques̃, dñas ex ancillis iudicari, nec mirũ, quũ Græco prouerbio etiam catellæ dñarũ mores dicantur referre, & illi apud Terẽtiũ adolescentes, de sordibus & negligentia cultus ancillæ, argumentũ colligũt pudicitiæ dñæ, Homerus sapientẽ Vlyssem scribit quũ domũ redisset, eas occidisse ancillas, quę cũ procis cõcubuerant, q̄ hæ nõ solũ probrũ domo, sed periculũ quoq; pudicitiæ Penelopes attulissent. Ipsa matrona ijs artibus se exercebit quas diximus altero libro, & in officio famulas cõtinebit. Vt casta Lucretia, quã lucubrantẽ cũ ancillis & pensa partientẽ regij iuuenes deprehenderũt Quod eo diligẽtius & laboriosius aget, si qua familię pars labore hoc alenda est. Solomon in laudibus sanctæ foeminæ quæsijsse illã ait lanã & linũ, & operatã cõsilio manuũ suarũ. Theano Metapõtina rogata quæ esset optima matrona, versu Homeri respondit.

Telum quæ tractat, lectum curatq; mariti.

Ex ea industria (inquit sapiens Rex) facta est quasi nauis institoris, de lõge portãs panẽ suum Ac ne somno indulgere nimiũ ostendat, addit. Et de nocte surrexit, deditq; prædã domesticis suis. Nec tantũ opus, sed refectionẽ operæ, & cibos ancillis suis. Id quũ abunde satis actũ est, ex ijs quę supersunt, facit eleemosynã. Manũ (inquit) suã aperuit inopi, & palmas suas extẽdit ad pauperẽ. Nõ debet sancta mulier sic diuitijs cõgerendis incũbere, quin pauperibus distribuat, & inopibus subueniat. Nec tenuiter, sed plena manu, cogitãs ad fœnus se illa dare, & in hoc sc'lo & in altero multo plura & potiora recepturã. Pergit sapiẽs. Non timebit domui suæ a frigoribus niuis. Nec timebit etiã si pauperibus nõ solũ expressum numũ inter digitos dederit, sed si manũ aperuerit, & palmã extẽderit, quasi copiosẽ elargita, Nec timebit, quoniã diligẽtia sua & lanificio nihil domi suæ in æstatis siue in hyemis vsum deest. Et oẽs domestici eius vestiti sunt duplicibus. Nihil enim est in re familiari cõducibilius

bilius, q̃ bene pasci, & bene vestiri, nō ad voluptatē, sed ad necessitatē, nō delicate, sed vtiliter. Male tamen continetur virtus, quæ aduersis ex ꝓpinquo exēplis sollicitatur. Ideo matrona ipsa primū omniū victu suo parsimoniam doceat Sic facillime curā illius ministris ingeret Alioqui iniquum existimabunt famuli famulæq; id te exigere, quod ipsa nō præstes, semperq; ad custodiā tuorū præceptorū inuitos, & obmurmurantes pertrahes, Tu ipsa igitur semper sicca esto, semper sobria, nec caussa tātū famulicij tui, quātū tui ipsius. Quā fœda res est ebrietas & ingluuies, maximę oppugnatrices & pudoris & pudicitiæ, hostes noīs honesti. Nemo ebriosam & voracē fœminā nō ceu infaustā & inauspicatam auē, abominatur. Oēs inter immodicos cibos periclitari pudicitiā sciunt. Nec relinquit domi suæ aliquid sibi incognitū, quin subinde inspiciat, & oīa sibi cognita & prompta faciat, ne quū vsus venerit, aut ignoretur quicq̃, aut nimis quærēdum sit. Tū quis status, quæ cōditio rei familiaris, quantū expēdi, quantū retineri, quomodo pasci, quo modo vestiri cōueniat. Ait enim. Cōsiderauit semitas domus suæ. Multū hæc diligētia rem familiarē promouet. Aderit puellis ministrātibus, siue dū coquūt, siue dū nent, siue dū texunt, siue dū suunt, siue dū supellectilē verrūt. Exactius hæc oīa fiūt præsente dn̄a, & frugalius. Quodq; prudentes illi dixerūt, nihil magis vel equū saginare, vel aruū vberare, q̃ dn̄i oculū, ad matrēfamilias rēq; domesticā aptari potest, nihil esse quod aut cōseruet diutius rē domesticā, aut integrius ac elegantius, q̃ nauæ & diligentis matronę oculū. Et quū hæc egerit operi semper intenta, panē otiosa nō comedit, & paret Deo qui nō vult nos sine sudore faciei nostræ vesci pane nostro. Exēplum etiam & præceptū Pauli sequitur, qui inter eos, quibus mysteriū dn̄i annūtiabat, tamen otiosus non edebat panē, sed in labore ac fatigatione dies & noctes quātū ei a diuino ministerio vacabat, intentus erat opificio suo, ne quē grauaret, illud crebro ad-

monens, dignũ non esse, vt edat, qui laborẽ recusat. Nemi nem patietur mulier domũ ingredi, sine mariti iussu, vt ab Aristotele præceptũ est. Multo etiam clausior erit domus, quũ vir aliquo abierit. Et tamen quẽadmodũ Plautus inqt Bonas mulieres ęquũ est facere, vt absentes viros perinde habeãt, quasi pręsentes. Sed quatenus totius domus cura illa interior mulieri incũbit, tenebit remedia vulgaribus et pene quottidianis morbis, eaq́ in cellula habebit parata, quibus marito, paruis liberis & familiæ, quum vsus poscet subueniat, ne arcessi subinde medicũ necesse sit, & oĩa ex pharmacopolio emi. Neq́ vero mulierẽ velim arti se medi cæ dedere, aut sibi nimis hac in re fidere. Frequẽtibus mor bis suadeo medelas vt norit velut tussi, pituitę, torminibus solutæ aluo vel cõstrictæ, lũbricis, dolori capitis aut oculo rũ, febriculæ, luxationi, & similibus, quæ singulis prope di ebus leuiss. de causis suboriuntur. Tũ & victus quottidiani rationẽ, maximũ ad integrã valetudinẽ momentũ, quæ su menda, quæ vitanda, quando, quatenus. Atq́ eam quidem peritiã discet potius ex vsu aliarũ prudentiũ matronarum q̃ ex cõsilijs cuiusq̃ propinqui medici, ex libello aliquo fa cili ea de re cõscripto, q̃ ex magnis & accuratis medicorũ voluminibus. Sancta materfamilias explicita domesticis curis & familiaribus, eligat sibi cotidie si potest, sin minus festis diebus, secretũ domi locũ a frequẽtia & strepitu sepa ratũ, ibi remotis paulisper solicitudinibus domus, & cõpo sito aĩo cogitet ac cõtẽnat res istas mũdanas, & qđ leues & instabiles sunt, & qđ fragiles, & cito perituræ, & q̃ tanta breuitas vitę nostrę in tãta celeritate, vt nõ agi, sed rapi, nõ abire sed fugere videatur. Hinc sustollat se lectione aliqua diuina, in cogitationẽ cõtẽplationẽq́ rerũ cœlestiũ. Tũ cõ fessa Deo peccata sua, veniã ab illo & pacẽ supplex petat; oretq́ pro se primũ, hinc Deo iã facta gratior pro marito, tũ pro liberis, deinde reliqua familia, vt Dñs Iesus meliorẽ oĩbus mentẽ inspiret. Paulus diuinorũ mãdatorum nũcius

nascentē Corinthi ecclesiā dei docēs, sic inquit. Si quis frater vxorē habet infidelē, & hęc cōsentit habitare cū illo, ne dimittat illā. Et si qua mulier fidelis habet virū infidelē & hic consentit habitare cū illa, ne abeat a viro. Sanctificatus est enī vir infidelis p mulierē fidelē, & sanctificata est mulier infidelis p virū fidelē. Vñ enī scis mulier si virū saluū facies, aut vnde scis vir si mulierē saluā facies? Quod partim ad preces attinet. Multū enī valet iusti oratio assidua (vt inquit Iacobus) partim ad exemplū vitæ, quod Petrus Apostolus explicat dicēs. Similiter & mulieres subditæ sint viris suis, vt et si q nō credūt verbo, p mulierū conuersationē, sine verbo lucrifiāt, considerantes in timore sancto conuersationē vestrā. Quā multas legimus fœminas Christianas, quarum opera, ad sanctā pietatē mariti sunt adducti? Vt a Domitia Flauius Clemēs e Domitiani Cæsaris propinqs, Clotilde Clodoueus Franciæ Rex, a Iugulde Hermogillus Gotthorū Rex, & ab alijs alij q̄ plurimi.

De liberis, & quæ circa illos cura.

PRincipio si nō paris, id nō solū moderato perferaio & æquo, sed aliquatenus etiā gaude, q incredibilis molestię ac tœdij facta es expers. Nō est locus hic explicandi, q̄ miseriæ subeundæ sint pregnanti, dū gestat vterū, q dolor, quantū periculū, quū enitit. Iā nutriendi, educandi, q̄ fastidia, quanta solicitudo, ne mali sint liberi, ne quid eis aduersi accidat, quā æternus metus, quo eūt, quid agūt, malū ne faciāt, neu accipiāt Equidē rationē expedire nequeo istius cupiditatis filiorū. Vis mater fieri? ad quid? vt repleas mundū. Quasi vero plenus futurus nō sit, nisi ipsa vnū atq alterū animalculū pepereris, & addideris messibus Siculis, & Aegyptijs vnā spicā, ad summū duas, & ceu deus nesciat, si velit, ex lapidibus istis filios excitare Abrahę? Ne sis in dei domo sollicita, vñ replebit. Ipse suæ domui prospiciet, nec sinet esse vacuā & infrequentē. At sterilitatis crimē exhorres, Christiana scito illud pręterijsse iā, maledicta mulier sterilis in

rilis in Israel, nūc in lege viuis, in qua etiā virginitatē connubio prȩferri merito vides, et audis a dño tuo. Vȩ pregnātibus, et ijs, q̄ pepererint illis diebus. Beatȩ steriles, & ventres, q nō genuerūt, & vbera q̄ nō lactauerūt. Qui sis an te vnā ex illis beatis esse voluerit? Quanto illa turpius in Flādria, q̄ quū nupta prope ad quinquagesimū annū sine fœtu vllo vixisset, defuncto viro alteri nupsit, prætendēs tantū, vt experiret in vtro fuisset culpa, quod nō peperisset, in se, an in viro. Digna mulier q̄ ferret maximo cū fastidio ac labore vterū, & parturiēs summo cū cruciatu animā ejceret. Q̄ q̄ nescio an alia erat secundarū nuptiarū caussa. Ipsa illā obtendebat, q̄ ad stultā multitudinē honestior videbat. At videre cupis filios ex te natos, an alij erunt q̄ cæteri pueri? Habes pueros ciuitatis, imo baptizatos oēs, quos materno affectu complectaris, & credas ex te genitos. Hoc humanitas suadet, religio prȩcipit. Profecto fœminæ nō mō grauidȩ, sed vacuȩ immoderatos illos & absurdos appetitus habetis. Quæ liberorū miseris tā dira libido? si sollicitudines, & ærumnȩ, quas matribus filij pariūt in tabella vobis depingerent, nulla esset tā auida filiorū mater, q̄ nō vt mortē, ita filios expauesceret, et q̄ haberet, etiā suos plus odisset, q̄ immanes feras aut serpentes venenosos. Quod gaudiū, q̄ iucūditas est in filijs? Quū sunt pueri, merū odiū: In grandiusculis sempiternus metus, q̄ inclinabūt. Si mali æternus mœror, si boni ꝑpetua sollicitudo, ne moriant, ne quid eis accidat, ne abeāt, ne mutent. Quid opus est Octauiā Augusti sororē huc adducā? Vtinā nō essent adeo crebra exempla illarū, q̄ ex lætissimis matribus subito afflictæ in ꝑpetuo luctu contabuerunt et extinctæ sunt. Quid ꝗ si multos habeas, maior anxietas, et vnius scelera gaudiū qđ de reliquis suscipiebas, delent. Et dixi de maribus. In fœīs custodiendis, q̄ carnificina anxietatis? In collocādis q̄ moles curarū? His accedit parentes raro videre filios bonos. Verā em̄ bonitas sapiētia comitata, nō nisi in grauiore æta-

te cõtingit. Plato beatũ illũ esse dicit, cui vel in senectute dat recte et sapere et vitã agere. At ea filij ętate iã parẽtes in puluerẽ abierũt. O ingrata mulier, q̃ nõ agnoscis quantũ a deo acceperis beneficiũ, qđ vel nõ pepereris, vel filios añ mœrorẽ amiseris, vt nõ immerito Euripides dixerit. Carentẽ liberis, infortunio fœlicẽ esse. Sed hęc potuissent a nobis plurimis vrbis extẽdi, nisi qđ hoc tpe minime necessaria fuisset, Quę ergo nõ paris, vide ne in maritũ reijcias sterilitatis tuę culpã, in te forsan est vitiũ, q̃ es vel natura vel dei voluntate sterilitatis damnata. Inter maximos philosophos constare video, fœminas fœtus nõ gignere, suo sępius q̃ virorũ vitio, Paucos viros steriles genuit natura, fœminas plurimas, sapiẽtissimo cõsilio, qđ in viri infœcũditate maior est q̃ in fœminea iactura. Plus eñ ex viro, ꝓuentus est in generãdo, q̃ ex fœĩa. Qđ si in te infœcunditas est mulier, frustra insanis scelesta. Nullus te vnq̃ implebit vir. Ita cõceptis multis aio nefarijs facinoribus, ne vnũ q̃dẽ fœtũ cõcipere vtero poteris. Quid qđ dei cõsilijs, æquissimis illis q̃dẽ, sed nobis ignoratis plerũq; nulla ex coniugio ꝓuenit soboles. Nã dei munus est, vt bonos liberos, ita liberos omnino ꝓuenire. Idcirco ad alia remedia accurrere q̃ ad preces supuacaneũ & impiũ est. A deo petẽda est ꝓles, et bona ꝓles. Nã si ꝓles cõtingat mala, pręstaret viperã peperisse, vel lupũ. Sic ergo posce filiũ vt Anna Helcanę vxor, q̃ precibus et lachrymis & sanctitate vitæ impetrauit nõ filiũ mõ, sed ꝓphetã et iudicẽ in Israel Samuelẽ, sic vt altera Anna Ioachim, q̃ tota deo cõfisa Mariã mũdi reginã saluti hoĩm edidit, sic vt Elizabet Zacharię, q̃ etiã sterilis Ioannẽ illũ dñi nunciũ genuit, q multos filios genuit Christo, quo maior nullus ex muliere natus est. Dñs Saræ sterilitatẽ suã nõ inique ferenti eo tempore quo sterilitas magno probro habebat, filiũ in senectute dedit Isaac imaginẽ Christi dñi, & duorũ ingentiũ populorũ autorẽ. Vxori Manne sterili modestę ac pudicę fœminæ angelus dñi Sampsonẽ ex ea nasciturũ nunciauit iudicẽ & liberato

beratorē Israelis. Tales accipiūt, quę sic petūt. Nā ex sceleribus concepti, quid possunt esse nisi mera scelera. Verba angeli ad Sampsonis matrē sunt. Sterilis es, & absq; liberis, sed concipies, et paries filiū. Caue ergo ne bibas vinū ac sicerā, nec immundū quicq̃ comedas, quia concipies & paries filiū, cuius nō tanget caput nouacula, erit em̃ nazaræus dei ab infantia sua et ex matris vtero, et ipse incipiet liberare Israel de manu Philistinorū. Hæc admonent me, vt ipse pregnantes admoneā interea dū vterū gestāt, ne crapulę indulgeāt, ne inebrient. Multi quę a matribus acta sunt, dū gestabant retulere. Iā susceptis liberis q̃ adhibenda in his educandis cura, maius esset disserere, q̃ vt capi proposito posset opere, si fusius singula essent expromenda. Qua de re, & a veteribus, & a recentioribus conscripta sunt plurima, etiā dicatis in idipsum libris. Ego pauca attingā, q̃ muneris videant esse prudentis matronæ. Añ oīa mater thesauros suos vniuersos in liberis sitos esse ducet. Opulenta quædam Campana, quū Romā venisset, exceptaq; esset hospitio a Cornelia Gracchi, thesauros suos Cornelię explicuit, q erāt sane diuites metallis, vestibus et gemmis, quos quū laudasset Cornelia, rogauit Campana, vt et illa vicissim suos aperire nō grauaret, nō erāt filij domi, nā ierant ad ludū literariū, respondit se sub vesperū facturā, pueris reuersis, hi mihi vnici thesauri, inquit. Quū Ionica Lacæne textura gloriaretur operosa et sumptuosa, hæc inquit. mihi vero quattuor filij omni virtute præditi, textura et præciū et opes sunt. Quocirca in hoc thesauro conseruando et excolendo nullus recusandus est labor. Oīa facilia reddet charitas et leuia. Nutriet si poterit suo lacte, et parebit voci naturę, q̃ tributis mā mis et copioso puerperis lacte clamare videt ac iubere, nutriat quæ peperit, vt cætera agūt animalia. Quin sapiēs & benigna rerū oīm parēs, quem sanguinē in corpusculū fœtus in vtero vertebat, eū post partū ad mammas transmittit, in lac candefactum, vt sit vnde ille sustentetur. Nec dese-

rit tenerũ ex vtero emiſſum, quin eodẽ paſtu alat, quo finxit. Hac de re dixi libro ſuperiore, Deinde ſi literas ſciat, ipſa paruulos pueros eas doceat, vt eadẽ vtãtur matre, nutrice, & magiſtra, magiſq; amẽt & prõptius diſcãt adiuuante amore in eũ, qui docet. Puellas pręter literas artibus etiam inſtituet muliebribus, lanã & linũ tractare, nere, texere, ſuere, rem domeſticã colere, & adminiſtrare. Nõ erit piæ matri moleſtũ vel literis interdũ dare operã, vel lectioni ſapiẽtum & ſanctorũ librorũ, ſi non ſua, certe liberorũ gratia, vt erudiat, vt meliores reddat. Euridice iam natu grandior literis ſe & præceptis morũ dedidit, tantum vt hæc in filios trãsfunderet, quod & fecit. Infans enim primã audit matrẽ, primam balbutiẽ ad illius ſermonẽ conatur effingere, vt illa ætas nihil aliud q̃ imitatur, & in hoc eſt ſolum dextra primos ſenſus, primãq; mẽtis informationẽ ex ijs ſumit, q̃ de matre vel audit, vel videt. Itaq; plus eſt in matre ad effingendos puerorũ mores, q̃ quis putet. Illa vel optimũ facere poteſt vel peſſimũ. Vt optimũ faciat paucula præcepta in breuia cõferemus, Det operã ne ſaltẽ filiorũ cauſſa ruſtice loquatur, ne idẽ ſermo in teneris puerorum animis infixus ſimul adoleſcat cum ætate, & vbi inualuerit, dediſcere vix poſſint. Nullũ ſermonẽ melius pueri diſcunt, nullũ expreſſius materno, cũ vitijs ipſis aut virtutibus, ſi quid horũ habet, reddunt, In Valentiã meã a Iacobo Aragoniæ rege ex Agarenorũ manibus extortã, his pulſis migrare iuſſi ſũt frequentes viri Aragonij & mulieres Ilerdenſes a quibus incoleretur, ex vtriſq; nati filij ſermonẽ matrum tenuerũt, eũq; iam per plures q̃ ducẽtos & quinquaginta annos loquimur. Tib. & C. Gracchi eloquẽtiſſi. ſunt habiti, at horũ linguã mater Cornelia formauit, cuius priſco ſæculo lectæ ſunt epiſtolæ, eloquentiæ pleniſſimæ. Iſtrina Scythiæ regina Aripithis vxor, ipſa Sylem filiũ Græcis literis inſtituit. Præcipit nutricibus Plato, ne inanes aut aniles fabulas pueris ſuis narrent. Idẽ matribus dicendũ. Hinc enim fit, vt

quidã ex prima illa educatione, ita in grandiorẽ ætatẽ, vel teneros, vel fractos aĩos referant, vt nihil graue ac prudẽs audire & sustinere queant, tantũ libros ineptissimos fabularũ sectãtur, quæ nec veri quicq̃ narrãt, nec verisimile. Habebunt igitur ad manũ parentes iucundas quasdã Historias & honestas fabulas, quæ ad cõmendationẽ virtutum, ad vitiorũ odiũ tendant. Illas primũ audiet puer, & quũ nõdũ quid vitiũ sit, quid virtus, intelliget, has tamen amare incipiet, illa odisse, simul cũ his affectibus adolescet, ac se similẽ conabitur effingere eorũ, quos mater bene fecisse cõfirmabit, dissimilẽ eorũ, quos male. Addet mater laudes virtutũ, detestationes vitiorũ, vtrasq; crebro repetat & inculcet rudibus animis. Habeat familiaria sancta quędã dicta & vitæ præcepta, q̃ frequenter audita puerorum memoriæ, vel aliud agentiũ inhęrescãt, accurrũt ad matrẽ pueri, de oĩbus eã cõsulunt, oĩa ex ea percõtantur, quæcũq; respõderit credunt, mirantur, oracula putãt. O matres, quãta occasio vel optimos reddẽdi filios vel pessimos. Hic infundẽdæ sunt rectissimæ opiniones & pure Christianæ, opes, potentiã, honorẽ, gloriã, nobilitatẽ, formã, res esse vanas, stultas, cõtemnendas. Iustitiã vero, pietatẽ, fortitudinẽ, cõtinẽtiam eruditionẽ, clemẽtiam, misericordiã, charitatẽ generis humani. Hæc demũ pulchra, hæc admiranda, hæc sectãda, hęc vera esse & solida bona, nõ magni faciendũ, in quo illa priora sunt, sed in quo hęc. Quicqd ab aliquo narrabitur factũ sapienter, ingeniose, honeste, prosequatur laudibus. Quicquid ab aliquo nequiter, vafre, subdole, impudẽter, improbe, nefarie, magna reprehensione. Quũ puerũ cõplectẽt, quũ deosculabitur, ac volet bene præcari, non hæc præcetur, Vtinã tibi cõtingant maiores opes q̃ Creso aut Crasso Vtinã maiores honores q̃ Pompeio, q̃ Cęsari, Vtinam fœlicior sis Augusto, sed sic. Vtinam tibi det Christus vt sis iustus, vt continẽs, vt fortunæ contemptor, vt pius, vt sectator sui, imitator Pauli, integrior Catonibus, melior Socra-

te aut Seneca, doctior Platõe aut Aristotele, eloquẽtior Demosthene aut Tullio. Hęc putabit maxima, hęc expetẽda, hęc quęret, et cupiet, q̃ sibi velut optima pręcari audiet eos quibus est charissimus. Nũq̃ vel dictũ a puero vel factum nequiter, impudenter, improbe, procaciter, petulanter, excipiat mea matrona risu & osculis. Eiusmodi assuescẽt pueri, quæ viderint probari & grata esse parentibus. Hęc iuuenes & viri non deponẽt assueta. Castiget eũ & ostendat illa non agẽda, nec sibi placere. Contra amplexibus & osculis prosequatur si quã aliquãdo melioris indolis significationẽ ediderit. Sunt in nobis igniculi quidã seu sęmina virtutũ a natura indita, vt Stoici Philosophi dicũt. Nostri synteresin Græco verbo nominãt, quasi conseruationẽ & scintillã iustitiæ illius, in qua primus autor generis humani cõditus a Deo est. Ille igniculus adolescere modo liceret, ad summã nos virtutẽ, vitamq; beatã perduceret. Sed obruitur deprauatis iudicijs atq; opinionibus, & dũ lucere incipit ac se attollere, nõ modo nullo adiutus alimento, sed aduersis quoque flatibus impulsus, extinguitur. Parentes nutrices, nutricij, magistri eruditionis, consanguinei, necessarij, familiares, magnus erroris populus magister. hi omnes sęmina illa virtutum radicitus conantur extirpare, & emicantem igniculum opprimere. Vniuersi plurimum diuitijs deferunt, nobilitati assurgunt, honores adorant, potentiam quærunt, formam laudant, gloriam admirantur, voluptatem sequuntur, paupertatem conculcãt, simplicitatem animi derident, religionem habent suspectã, eruditionem inuisam, probitatẽ omnẽ stultitiã vocant Illa optant, quũ bene præcãtur. Hęc si quis nominet, velut infausta exhorrẽt, ac ominosa. Ita fit vt hæc iaceãt, hęc spernãtur, nemo se his dedat, Illa in præcio, illa in honore sint. Omnes ad ea currant, vnde tanta improborũ & stultorum copia, boni ac sapientes vsq; adeo rari, quũ tamen natura illa melior hominũ propensior suapte sponte in virtutes sit,

q̃ in

q̄ in vitia. Sancta matrona his corruptis opinionibus integrioribus, aliȷs & Christiana dignis occurret, in suoq; puero bonorū præceptorū instillatione igniculū illū quē diximus fouebit, semina irrigabit, vt in magnā lucem ille, hæc in frugem ingentē, optimāq; consurgat, nec frāget neruos & corporis & ingenȷ, & virtutis, molli educatione ac indulgentia. Raro memini vidisse me magnos sine eruditione & ingenio, sine virtute viros, qui essent indulgēter a parentibus educati. Quid q̄ nec corpora robur iustū accipiunt debilitata delitȷs? Ita dū seruare filios credūt matres, perdunt, & dū laborant vt sanius ac integrius viuant, stultæ valetudinē debilitant, & vitā minuunt. Ament sane filios, vt amari par est, plurimū scilicet. Quis enim naturæ legē vel abrogare nitatur, vel improbare? Et cuius immanitatis est non amare, quē pepereris? sed amorē cælent, ne ex hoc licentiā arripiant quidlibet agendi, nec impediat amor quominus, & a pueris vitia per verbera, fletus, lachrymas, arceamus, & corpus ac ingeniū, valentiora reddantur se ueritate victus & æducationis. Matres hoc velim ne ignoretis maximam partē malorum hominum vobis esse acceptam referendam, vt videatis qualem vobis debeant filȷ gratiam, vos stultitia vestra prauas opiniões ingeritis, vos eas alitis, vos sceleribus eorum etiam arridetis. Vos tendētes ad summas virtutes, abhorrentes ab opibus mundi & diaboli pompa lachrymis vestris & acerbis reprehensionibus ad diaboli laqueos reuocatis, quoniam mauultis eos videre diuites quam bonos. Agrippina Neronis Cæsaris mater, quum super filio diuinaculos consuluisset. Imperabit, responderunt illi, sed matrem occidet. Occidat, inquit dum imperet. Et imperauit & occidit. sed quū nec occidi Agrippina vellet, & filio paratum a se imperiū pœniteret. Vos deniq; indulgentia vestra nec per laborē vultis eos virtutē discere, & per delitias gaudetis vitȷs obrui Idcirco fletis. & lugetis plurimæ, Nā nō de oibus loquor

et meritas etiã in hac vita datis dementiæ vr̃æ pœnas, quũ filios esse doletis, quales ipse fecistis. Nec ab eis redamamini, q inamabiles se oĩbus esse propter amorẽ vr̃m sentiant. Nota est adolescẽtis illius fabula, q quũ ad suppliciũ duceret, colloquiũ matris exposcit, oreq; ad matris aurẽ admoto, auriculã eius morsu amputauit. Increpantibus q aderãt, q nõ fur mõ, sed impius in parentẽ esset, respondit, hoc esse premiũ æducationis. Nã si illa me inquit, quũ puer libellũ sodalis in schola surripui, quod fuit primũ meũ furtũ, castigasset, nõ ad hęc essem facinora ꝓgressus, at illa indulsit, & osculo furẽ excepit. Quid de illo matrũ furore dicã, q̃ filios deformes, distortos, imperitos, hebetes, inertes, ebriosos, immodestos, stolidos, plus amãt plærũq;, q̃ formosos, rectos, eruditos, acutos, solertes, sobrios, modestos, quietos, prudentes? Quid istuc est error mentiũ humanarũ? an meritũ pro pc̃tis nostris suppliciũ? vt amemus quod minime amandũ est. Mutæ animantes formosiss. vel catulis vel pullis blandiunt. Atq; adeo argumentũ hoc in eis est generositatis filiorũ, quũ chari sunt mr̃i. Venatores illũ fore optimũ canẽ sciũt, cuius fœta maximã gerit curã, ꝑ quo añ alios est sollicita, quẽ primũ refert in cubile. In hoĩm genere illũ scias esse vilissimũ & despicatissimũ, quẽ mater tenerrime amat. Vultis vere ab eis amari, ea prẹsertim ætate qua sciũt, quid sit vere et sancte amare, efficite ne vos admodũ amẽt, quũ quid sit amor, adhuc ignorãt, & parentibus placentã, aut fauũ, aut saccarũ præferũt. Nullũ filiũ mater magis amauit q̃ mea me, nullus vnq̃ minus se a mr̃e sensit diligi, nunq̃ fere mihi arrisit, nunq̃ indulsit, et tñ quũ domo tribus aut quattuor diebus, ea vbi essem inscia, abfuissem, pene in grauissimũ incidit morbũ. Reuersus nec desideratũ me ab ea cognoui. Ita neminẽ magis fugiebã, magis auersabar, q̃ matrẽ puer, nullũ mortalẽ magis in oculis tuli adolescẽs cuius mihi nũc memoria sacratiss. est, & quoties occurrit, quã corpore nõ possum, aĩo & cogitatione dulcissima

ma complector. Amicũ habui Lutetiæ doctũ in primis virũ, q inter cætera fauentis numinis beneficia et illud numerabat, ꝙ indulgentissimã matrẽ amisisset, q̃ si viueret, inquit, ego nec Lutetiã eruditionis grã venissem, et domi inter aleas, scorta, delitias et voluptates vti cœperã, cõsenuissẽ. Qui potuisset ille matrẽ amare, quã mortuã esse gaudebat? Sapiens mater nõ filio delicias potius optabit, q̃ virtutẽ, non opes potius q̃ eruditionẽ, q̃ bonũ nomẽ, nõ vitã indecorã citius, q̃ honestã mortẽ. Lacænę mulieres filios malebãt pro patria honeste cadere, q̃ vitã seruare fugiendo. Ita plurimas memoriæ traditũ est ipsas suis manibus ignauos filios interemisse, illo addito elogio.

Nec meus hic fuerat, nec Lacedæmonius.

Sophia quũ tres haberet speciosiss. filias, tribus virtutũ noĩbus insignitas, spẽ, fidẽ, & charitatẽ, iugulatas, p Chri gloria lætissima vidit, et nõ ꝓcul ab vrbe Roma ipsa suis manibus sepeliuit. Hadriani Cæsaris principatu. Nõ tam ergo artes quęstuarias docebũt parentes liberos, q̃ sanctas. Nec ꝓponẽt imitandos eos, q maximas breui opes fabricati sunt, sed q ad summas virtutes ꝑuenere. Merito reprehendũt Megarenses, q filios suos sordidã frugalitatẽ & auariciã docebãt, habituri pro liberis frugi seruos, ita etiã efficiebãt, quod et nũc contingere passim videmus, vt moniti toties rẽ quęrere, rẽ facere, rẽ augere, rẽ quocũqꝫ modo parare, facinora suscipiãt capitalia et nefaria. Cuius culpę nõ exigua pars parentibus imputanda est suasoribus, autoribus, impulsoribus. Et quod oĩm iustissimũ erat, quũ alia deerat ad diuitias via, parentes ipsos filij expilabãt. Et si sæpta viderẽt ad numos oĩa, cœperãt odijsse patres, ex odio mortẽ optare, quęrere tollendi rationẽ, et plurimos a proprijs liberis veneno sublatos scimus, quibus longũ erat senis mortẽ expectare. Exprobrãt sæpe parentibus filij vitia sua tanq̃ illorũ vel exemplo vel negligẽtia sint corrupti. Iuuenis ille luxuriosus luxuriosi patris filius apud declamatores sic loquitur. Meã

luxuriā pessimū putabo. Nō sub seuera fui disciplina, nō sub bn̄ instituta domus lege, q̄ posset adolescentis formare mores et a vitijs ętatis abducere. At quū continenda est prima liberorū ætas, et seueritate sanctę disciplinę cohibēda, ne in vitia p licentiā excurrat, vn̄ ægre reuocet̄, & sicut vir sapientiss. consulit, nō auferenda de pueri dorso virga, tū pręcipue filię, nulla sunt indulgentia tractandę. Corrumpit indulgentia filios, at filias pdit funditus. Licentia viri fimus deteriores, fœminæ scelestæ. Q̄m soluta in voluptates & affectus animās, nisi frænis cohibeat̄, ruit præceps in mille facinora. Et filiæ quidē quemadmodū sint educandæ dixi superiore libro. Ea leget mater, tū ꝙ multa sunt, q̄ etiā coniugatas instituāt, tū ꝙ matrū est curare, vt ea filię agant, q̄ pręcipimus. Et quū dictis parentes quantū fieri potest prouiderint, ne quid turpe, fœdū, obscœnū, pniciosum, nefariū aīo pueri insidat, factis magis atq; exemplis ꝓuidebūt, ne quid videat puer, quod effingere sine turpitudine nō possit, & est alioqui ætas illa, vt dixi, plane simica, q̄ nihil agit suū, oīa imitat̄. Ac forsan aliena exempla deleuerint parentes aīs puerilibus, autoritate & amore sui; adde etiā bn̄ monendo, quod vero ipsi fecerint reprehendere nō poterūt. Nec si reprehendant mouebitur tantū puer ijs, quæ audit, q̄ quæ videt. Nec male Iuuenalis plus habere viriū exempla parentum apud filios, q̄ multorū doctorū monita & pręcepta. Ita vnico malefacto grauius nocebunt, q̄ multis sancte consultis profuerāt. Ideo in Satyra. xiiij. sapienter sic suadet.

Nil dictu fœdum, visuq;, hæc limina tangat,
Intra quæ puer est, procul hinc procul inde puellæ,
Lenonum & cantus, pernoctantis parasiti,
Maxima debetur puero reuerentia, si quid
Turpe paras, nec tu pueri contempseris annos,
Sed peccaturo obsistat tibi filius infans.

Numidiam Quadratillam suggillat Cæcilius Plinius, ꝙ Pantomimos effusius fouebat, q̄ principi fœminæ conueniret.

niret. In eo tamē prudentiā anus laudat, ꝙ Quadratum nepotē suū adolescentē spectare nec domi, nec in theatro pantomimos suos permiserit, quūqꝫ vel illos auditura esset, vel animū calculorū lusu laxatura, solita nepoti esset præcipere, abiret, atqꝫ studeret. Idem autor Hispullæ vxoris suę amitæ maximas agit per epistolam gratias, ꝙ vxorem suā, apud ipsam educatā optimis præceptis instituerit, nihilqꝫ in illa domo viderit, nisi sanctū & honestū. Ac nimirū erga filias maior debet adhiberi vigilantia, ne quid vel pudorem, vel pudicitiam, vel modestiam maculet, quo hæc in fœmina exactiora requiruntur q̄ in viro, & fœminæ animaliū omnium ingeniosius imitantur, quodqꝫ est vtriqꝫ sexui commune, promptius ac pfectius vitia, nec contineri possunt, si autoritas in exemplum accedat, vt si matrē, aut quā vulgo probari videt effictura sit. Hinc in ciuitatibus quarū principes sunt improbæ raræ sunt plebeijæ bonæ. Et quæ a malis educantur, non frequenter sunt aliæ. Nec certissimum non est vetus verbū, similē matris filiā. Nec tamen adeo est matris similis filia q̄ educatricis. Vnde nothæ pleræqꝫ, quę apud sanctas ex patribus auias adoleuerūt, a matribus degenerantes, vitam virtutemqꝫ auiarū educatriciū sequunť. Censorius Cato. C. Manliū senatu mouit, ꝙ vxorē præsente filia deosculatus esset. Nescit rudis ætas quur quidqꝫ fiat. At eosdem actus reddit, velut speculū acceptas formas, nō eisdē finibus. Quod intelligēs prudentiss. iuxta & sanctissimus senex Eleazarus, quū ex edicto Anthiochi iuberetť carnes suillas edere, recusantiqꝫ gentiles amici suaderēt, vt saltē edere se simularet, vt illo prætextu dimitteretur, tanq̄ regiæ voluntati obtemperasset, mori se respondit malle, q̄ aliquid agere, quod in exemplū rei pessimæ accipi a iuuenibus posset, hisqꝫ verbis est vsus. Non enim ætati nr̄æ dignū est fingere, vt multi adolescentes arbitrantes Eleazarū nonaginta annorū transijsse ad vitā alienigenarū, & ipsi ppter meā simulationē, & propter modicū corruptibilis vitæ tē-

pus decipiantur, & per hoc maculā atq; execrationē meæ senectuti conquirā. Nā & si præsenti tēpore supplicijs hominū eripiar, sed manū omnipotētis, nec viuus, nec defunctus effugiā. Quamobrē fortiter vitā excedendo senectute quidē dignus apparebo. Adolescentibus autē exēplum forte relinquā, si prompto animo ac fortiter pro grauissimis ac sanctissimis legibus honesta morte perfungar. His dictis confestim ad suppliciū trahebatur, ij autē qui eū ducebāt, & paulo ante fuerant mitiores in iram conuersi sunt propter sermones ab eo dictos, quos illi per arrogantiam prolatos arbitrabātur, sed quū plagis perimeretur, ingemuit & dixit. Dñe qui habes sanctā scientiā manifeste tu scis, q quum a morte possem liberari duros corporis sustineo dolores, secundū animā vero propter timorē tuū libenter patior. Et iste quidē hoc modo vita decessit, non solū iuuenibus, sed vniuersę genti memoriā mortis suæ ad exēplum virtutis & fortitudinis derelinquens. Instituendi sunt igitur etiā exēplo parentū filij. Nec eis ostendendū quod facile in vitiū transeat, ne ipsi facilius trāsferāt simul imperitia sua simul hominū natura in peiora procliui. Puniuit Dñs Heli iudicē & pontificē Israel, non q filijs suis Ophni & Phinees malo ipse fuisset exēplo, sed q prauos & flagitiosos non castigasset. Itaq; casu e sella interijt, translatūq; est sacerdotium in aliam familiā. Quanto grauius vindicabit in eos parentes, qui ipsi vel exhortatione, vel exemplo suo liberos suos scelerate viuere docuerunt. Quod si supplicium de peccatis adultorum filiorum peruasit ad patrē quatenus non quantū posset inhibuit. Quid fiet ijs, qui teneros ad libidines, voluptates, cupiditates, facinora vel dictis impulerunt, vel factis. Cōtra de muliere quæ filios virtuti assuefecit, doctor gentium ait. Mulier seducta in præuaricatione fuit, sed salua erit per filiorum generationem, si permanserit in fide, & charitate, & sanctificatione cum pudicitia.

De bis nuptis & nouercis

QVæ prioribus maritis elatis alijs denupserunt, hoc super ea quæ scripsimus, sunt admonende, videant, ne immodica superiorũ virorum commemoratione præsentes offendant. Solet hoc ingenijs hominũ contingere, vt meliora semper videantur præsentibus præterita, propterea ꝙ nulla est tanta fœlicitas, quæ non multum habeat incõmodi & amaritudinis admistũ, hoc quum adest, vrget nos acriter, quum abijt, non magnum sui sensum relinquit. Ita fit, vt minus videamur transactis malis affecti esse, q̃ afficiamur præsentibus. Vergit etiam in pronũ ætas, quæ indies in portandis incommodis fit peior, & sustinendis importatis imbecillior. Tũ recordatio vigentioris ætatis, & velut comparatio cum ingrauescente, tœdiũ affert præsentium, desyderiũ preteritorũ. Sed Solomon nõ sinit illã cogitationẽ sapientis aĩm subire. Vt existimet superiores annos præsentibus esse meliores. Nec prudenti fœminæ ita videbitur, nec putabit mortuum maritũ hoc meliorẽ ac cõmodiorem esse. Sæpe enim falluntur, quum si quid eas in præsenti offendit viro, tunc tantũ in altero quæ placuerunt recordantur, idq; faciunt odiosius, si in quo viuens parum satisfacit, id magis ex animi sententia defunctus præstabat, tum sine reputatione rerũ aliarũ ad eam solã referunt, inter maritos comparationẽ. Hinc tœdiũ, hinc querelæ, & molestæ marito voces, & dum mortuũ complorant ac desyderare se conquerũtur, neutrũ retinent. Nouercæ vulgo male audiunt tanq̃ iniquæ in priuignos sint, Cuius rei nonnulla exẽpla memorãtur. Etiam atq; etiã exhortãdæ sunt fœminæ, dent operã, vt affectus & animi perturbationes habeant in sua potestate. Hic fons atq; origo & malorũ omniũ & bonorũ. Affectus si dominari in te sinas, magnũ malorũ & miseriarũ agmen semel inuehẽt, quod eijcere postea vix queas, sin tu illis dñeris, sanctissime viues ac beatissime. Istud assequemur si in animi trãquillitate & quiete sedulo

 medita

meditati erimus,quemadmodū nos geremus ingruētibus concitationis & tēpestatis caussis. Non sunt ergo iniustæ & asperæ nouercæ,nisi quarū tyranni sunt affectus,q̄ ipsæ animi perturbationibus,non imperant,sed seruiunt. Nam quæ mente,ratione,iudicio ducitur, reputabit se idem cū marito esse,idcirco vtriusslibet liberos cōmunes esse. Nā si amicitia omnia reddit cōmunia,adeo vt cōplures amici amicorū liberos nō secus ac proprios amēt & colāt; quāto id plenius exactiusq; debet coniugiū præstare,summū nō amicitiarū modo,sed propinquitatū & cognationū omnium. Tū miserebitur mulier teneræ ac infirmæ ætatis,& recordatione suorū,si habet,amabit alienos, cogitans cōmunē humanæ gentis sortē, repertutos suos in se talē,qualem ipsa alienis se præbuerit,seu fato defungatur,seu viuat. Denicq; bona mulier priuignis erit,quod tam crebro ab eis audit mater. Quæ nācq; est ab omni humanitatis & mansuetudinis sensu adeo remota,quā nō mitiget & flectat illa vox mater,a quocūq; profecta sit,sed in primis à pueris,qui absentari nesciunt,qui simplici animo sic compellant,nō alio affectu q̄ veram matrem,ex qua nati sunt, vocarent. Quā dulce est amicitiæ nomen? Quot iras mollit? quot odia discutit? Matris nomen quanto decet esse efficacius? nempe incredibili charitate plænū & constipatū. An non iratissima mitescis,quum te matrē nominari audis? Immanior es quauis fera,si te nomen illud non mouet. Nulla bestia tam fera & truculēta est, cui si eiusdē generis animalculū blādiatur,nō illi protinus māsuescat. Te liberi mariti tui emollire blandientes nequeūt. Tu mater appellata hostē exhibes Tu cōcepta plærūq;sine caussa odia in ętatē imbecillē,atq; innoxiam exerces. Tibi quum Christianos oēs beneuolētia & charitate fas sit esse fratres, odiosi sunt,domo,affinitate coniuncti,fratres tuorū liberorū. Non te inanes matris illorum terrent,persequuntur, exagitant? Cognoscite nouercæ quæ tales estis impotentes iras vestras ex solis stul-

titiæ vestræ somnijs natas. Vitrici quûr non sic oderũt priuignos? Nullus fere vitricus est, qui non tanq̃ filium priuignum amet. Mentiar, nisi magna regna a vitricis relicta priuignis scimus. non secus q̃ si ex ipsis nati essent, Augustus Tyberio Claudius Neroni Romanũ Imperium reliquit, etiã quum ille nepotem & prænepotes haberet, hic filium. Non q̃ se non genuisse illos ignorent, sed quia ratiõe & sano iudicio assequũtur nullas esse inter vitricos & priuignos odiorũ caussas, nisi ipsi moribus suis fecerit. Quid enim priuigni in vitricos cõmeriti sunt, quod non ipsis parentibus sint procreati. Hoc præstare nõ hominum est, sed Dei. At non blandiuntur, non semper lusitant vitrici cum priuignis, vt matres vellent. Hoc argumento nec patres naturales amant. Quid dixi hos non amare? Nõnullę sunt tam dementes matres, vt cõmunes liberos diligi a maritis vix credant, q̃ non totas dies & totas noctes cum illis ineptiant. Non potest sic ineptire virilis sexus, vt muliebris. Magnitudo illa virilis animi amorem facile continet contegitq̃ & dominatur illi non paret. Sed vos nouercæ quin semper priuignos osculamini? pectitis? excolitis? tanq̃ vestros? Tantæ scilicet in animis vestris ex affectuum nubilis densantur tenebræ. Quod amatis, dignissimum iudicatis, quod ament oẽs. Nemo vobis videtur satis amare. Quod oditis, dignissimum odio ducitis, & alijs semper amari nimis. Nec desunt quæ priuignos capitaliter, quum oderint amare tamen se iurent. Insanæ siue id ipsæ credant, siue alios sperent credituros. Insaniores si imposturam se Deo facturas confidant. Et postulas vt te audiat Christus, vocatus a te pater, quum tu priuignos auerseris, vocata ab illis mater? Non credit Ioannes Apostolus inuisibilem Deum ab eo diligi, qui fratrem odit, quem intuetur.

Quomodo se geret cum consanguineis & affinibus.

Homo

HOmo eruditissimus Nigidius Figulus sororis etymon reddidit q̄ seorsum eat, quoniã in aliã transit domũ & familiã. Quod quũ ita sit mulier nupta officiosior esse incipiet in affines quã in consanguineos. Sic decet propter multa, tũ q̄ in illã gentẽ velut transplantata cui filios generatura est, quã fœcunditate sua numerosiorẽ factura. Tũ quod propinquorũ & consanguineorũ beneuolentiã iam parauit. Affiniũ deinceps quærendus amor. Hinc quo filij, si genuerit, chariores sint gentilibus suis adiuti nõ modo mutua illorũ in patrẽ, sed in matrẽ quoq; charitate. Deniq; multas adfert commoditates, si ab affinibus amere, multa incommoda si sis odiosa. Illud quoq; spectarũt qui a consanguineis ad alienos traduxere coniugia, quo latius se hoĩm inter ipsos charitas & amicitia diffunderet & propagaret. Conuenit ergo affiniũ amorem diligenter parare; aut partũ iam conseruare ac retinere. Socrus ferũt nouercalibus in nurus odijs, vicissim has non nimis ardere illarũ amore ac pietate, Terentius ex cõi hoĩm consuetudine atq; opinione. oẽs (inquit) socrus oderũt nurus. Facete illa quæ etiã socrus imaginẽ e saccaro factã amarã esse dixit. Plutarchus Cheronæus & ex hoc autore Hieronymus contra Iouinianũ, narrât in Lepti Aphricæ veterẽ fuisse morẽ, vt noua nupta postridie nuptiarũ ollam a Socru vtendã rogaret. Illa porro habere sese negaret, vt statim a nuptijs cognitis, in socru nouercalibus moribus, minus in posterũ offenderet, si quid accideret, quod nollet. Mihi vero caussam inimicitiæ huius reputanti stultus vtriusq; zelus videret esse. Positus est vir velut in medio inter matrẽ & vxorẽ, vtraq; alterã quasi pellicẽ insectat. Mater ægre fert totũ filij amorẽ a se in nurũ elabi. Vxor nõ patit aliã præter se amari. Hinc simultates & odia & rixæ, vt inter duos canes, si quis altero spectante alterũ demulceat. Pythagorici olim accedentibus amicis nõ minui amicitiã arbitrabant, sed augeri & roborari, Sic nec mater debet existimare se minus matrẽ fore, si

re,si ducat filius,nec vxor se minus vxorē,si habeat socrū. Quin potius decet alterā alteri cōciliare virū,si quid offensiunculæ inciderit. Stulta socrus an nō vis amari a filio coniugē,amicā sociā indiuiduā? Tulisses igitur te marito charū nō esse? Quid miserius potes optare filio,q̄ vt cū infensa habitet. Stulta nurus,nō vis a filio amari matrē? Tu ergo matrem nō amas? Amaberis tu a marito,vt socia,vt dulcis coniunx,amabit mater a marito,vt cui maritus vitā & nutrimēta & educationē debeat,ac pro his magnā pietatē. Nurus quū se ac maritū idē esse sciat,mariti matrē suā esse existimabit. Nec illā minus amabit,nec minus reuerebit,q̄ verā matrē,sed officiosius,quo illā sibi arctius demereat & conciliet. Nō feret moleste amari a viro matrē. Imo proba & sancta fœmina si maritū viderit,nō satis erga matrē morigerū, adhortabit, & rogabit vt m̄ri eū se præstet,quē esse decet filiū. Nulla erit tam iniqua socrus quæ nō æquior illi nurui fiat,quā pudicā & mariti amantē cognorit. Agrippinna Iuliæ filia Augusti neptis,quæ Germanico nepoti Liuiæ ex Druso filio denupsit, Liuiæ, & velut nurus, & velut priuigna erat inuisa,aspera ipsa alioqui & vehemēs,sed tanta pudicitia & tam raro in coniugē amore,vt indomitū illū Liuiæ aīm illis duabus virtutibus in bonū verteret. Nurus nō alio affectu alant in necessitate socrus & sustentent,ac si ex eis natæ essent. Ruth Moabitis patriā & cognationē totā propter socrū reliquit,ne miserā & afflictā anū in tam confuso mœrore desereret. Itaq; illā simul consolabat,verbis simul refouebat labore,vicemq; omnino repræsentabat filię, nec mercede pietas illa caruit,nam consilijs socrus instructa Ruth,maritū inuenit Booz,hominē locupletē,& Isai peperit,& auia Dauidis regis fuit,& ex eius stirpe Christus dominus natus est.

Qūo cū filio aut filia coniugata,cū genero & nuru.

VT in cæteris rebus oībus decet vxorē mariti se iudicio ac voluntati accommodare. Ita quū opus erit li-

beros coniugibus adiungere, hoc quũ Aristote. in libro. ij. de re familiari docet, tũ ratio ipsa iubet, vt summa in filios autoritas sit penes patrẽ. Sic Romanis legibus filij non in matris, sed in patris potestate erant, q̃diu viueret, etiã coniugati & grandiores natu, nisi emanciparent̃, quantã in veros filios decet esse apud patres potestatẽ? quũ in Christũ voluerit deus aliquã esse apud Iosephum. Angelus domini, quũ per quietem Iosepho nunciat, quod in vtero Mariæ esset, non virili esse conceptum fæmine, sed vi ac opere spiritus sancti. Pariet (inquit) Maria filium, & vocabis nomen eius IESVM. Non dixit pariet tibi filium, quod veris patribus dici solet. Nam mulieres viris pariunt liberos, & tamen addit vocabis, vt significaret ius atq; autoritatẽ eius, qui pater existimatur, quum virgini dixerit, vocabitur nomen eius IESVS. Nurum non insectabitur prudens mulier, nec eius odio putet se amorem impetrare, nõ illius modo, sed ne filij quidem, si amet illam, si bene moneat, si instituat, si coram illa ea dicat & faciat, quæ ipsa nurus in exemplum, tum castitatis, tum frugalitatis possit accipere, si non serat inter coniuges inimicitias, sed alicunde subortas tollat, illosq; inter se totis viribus laboret recõciliare. Deniq; in nurũ materno sit affectu, facile perficiet, vt sibi filiũ magis demereatur, & a nuru magnũ sibi amorẽ paret, magnãq; reuerentiã. Ille quanto ardentius amabit eam, ex qua genitus est, & per quã vxore vtit̃, tũ castiore, tũ frugaliore, & secũ magis concordi, vt nõ obligatũ modo sentiat se matris beneficio, sed institutricis vxoris suæ, & autoris, nõ paruæ partis fœlicitatis suæ. Nurus haud secus in socrũ erit, ac in matrẽ affecta, p quã ipsa peritior & melior est, maritoq; suauiore gaudet atq; amantiore sui. Contraria oĩa in aspera socru contingũt. Filiã nuptã mater nolet tã suã esse, quã quũ virgo esset. Cogitet in alienã iã domũ, tanq̃ in Coloniã missam ad propagandã illic gentẽ. Monebit meliorũ, aut monita in celibatu in mẽtẽ reducet nuptę. Nõ aget

cũ ea

cũ ea,q̃ putarit genero displicere. Nõ ducet ad templa, nõ domo proferet, ac ne loquet̃ quidẽ, si credat generi aduersa voluntate id fieri. Ne dicat mihi stulta mulier, filiæ meę loqui nõ potero: filia quidẽ tua est, sed iã nõ tua focia. Quicqd in eã habebas iuris, genero cessisti. Tu potius si amas filiã, et vis eã beatã videre, hoc est concorditer viuentẽ cũ marito, sis ei cõsultrix sp atq; autor, vt viro p oĩa morẽ gerat, ne tecũ quidẽ loquat̃, nisi ille sinat. Adulter est, quisquis in alienã vxorẽ plus sibi vult licere, q̃ maritus pmittat. Fur est, q rẽ alienã attingit, dño inuito. Generũ nõ secus amabit ac filiũ, reuerebit̃ tñ plusq̃ filiũ. Nec; em̃ licere sibi arbitrabit̃ mulier in generũ, q̃ in filiũ, nisi q̧ nec minus ei bñ cupiet nec aliter consulet atq; adhortabit̃, sed sic tñ vt suadere potius & rogare videat̃, q̃ vel præcipere, vel imperare.

De matre familias prouectioris ætatis.

MAtronę natu grandiori continget illud, quod ibi ægyptię volucri narrãt, quibus rerũ naturas pquirere curæ fuit, vt annosior iã aromatis proximę Arabiæ quicquid in corpore est vitiosi humoris, repurget, halitũq; ore emittat suauissimũ. Defuncta mulier & libidine & muneribus pariendi atq; educandi, incipiet cœlestia potius q̃ terrena sapere ac spirare, nihil siue loquet̃, siue aget, qđ nõ sanctissimũ sit, & exemplũ iunioribus, quod imitent̃. Tũ incipiet notũ esse eius nomẽ, vt Gorgias dicebat, quum sit ignota facies. Tũ superior vita sanctissime acta incipiet pferri. Tũ vere proba mulier ad virũ parendo imperabit, & assequet̃, vt magna sit autoritate apud maritũ, quæ semp in mariti autoritate vixit. Themistoclis vxor Archippa, parendo diligentissime viro, tanto sibi illum amore conciliauit, vt vicissim ipse prudentissimus, ac in primis strenuus vir, vxori pene in omnibus obsequeretur. Vnde gradatio illa Græcorum per iocum plærũq; iactata. Quicquid puer hic vult, Cleophantus is erat, matri vnice charus, græci volunt, nam quod hic vult, mater vult, quod vero mater,

idem Themistocles. Porro qđ Themistocles id Athenienses omnes, quod Athenienses, hoc Græci omnes. Dn̄s Abrahæ præcipit Saræ dicto audientem esse, quoniam iam illa senex erat & libidinis emortuæ, idcirco nihil iuuenile aut impultrice libidine pudendum consultura. In hunc locum vbi peruenerit, locatis liberis, soluta curis terrenis, spectās quidem corpore terram, terræ reddendo, animo vero cœlos, vt illuc immigraturo, sensus omnes, animum, mentem vniuersam ad dominum eriget, totaq; in profectionem ac cincta & incumbens nihil cogitabit, quod ad instans iter non accommodetur. Caueat modo, ne ex religione in superstitionem aliquam per ignorantiam delabatur. Multum quidem sit sanctis actionibus intenta, sed plus tamen fidat clementiæ & benignitati Dei, ne confidat sibi tanq̃ operibus suis eo peruenturam, quo instituit potius quam Christi beneficio ac munere. Quumq; vigeat adhuc plus animus q̃ corpus, detrahat corporis laboribus: addat animi, plus oret & attentius. Sæpius de Deo cogitet, ardētiusq;, rarius ieiunet, minus se circumeundo templa, defatiget. Nihil opus est fraudet suum sibi geniū, aut senile corpus extenuet. Prosit alijs bene monendo, prosit exemplo vitæ suæ, reditura, & ad illam commodi parte non sane parua.

LIBRI SECVNDI
F
I N I
S

SEQVITVR LIBER
TERTIVS

IOANNIS LODO VICI VIVIS VALENTINI, DE IN ſtitutione fœminæ Chriſtianæ. Liber. III. Qui eſt de Viduis.

DE LVCTV VIDVARVM.

SAncta mulier mortuo marito maxima ſe accepiſſe dāna ſciat. Sublatum eſſe pectus illud charitatis et amoris mutui plenū, non modo dimidiū animi ſui perijſſe ſibi, ſic enim docti quidā homines quos vehemēter amarent, nominarunt, ſed ipſam totā ſibi ereptam & extinctam. Hinc honeſtę lachrymæ, hinc iuſtus dolor. & planctus non improbādus. Maximū argumentū impudici animi & ſæui, nō plorare maritū extinctū. Duo ſunt fœminarū genera, quę in lugēdis maritis cōtrarijs modis ęque peccāt, & quæ nimis lugēt, & q̄ parū. Vidi in hac Gallia Belgica mulieres maritorū morte non acerbius perculſas, q̄ ſi leuiter notus aliquis interijſſet, manifeſtū indiciū frigidæ charitatis cōiugalis, quo nihil ſceleratius dici poteſt vel impiū magis. Reſpondēt, quū reprehendūtur, ſic ferre geniū regionis, quod obtendere ſolēt, qui vitia ſua in vim ſyderis aut cœli, ſolíue naturā referūt. Ingeniū regionis peccata nō infert. Alioqui nō delinquētes eſſent puniendi, ſed regio. Nec ab aere vel cœlo accipimus ſcelera, ſed ex moribus. Sub omni cœlo & bene viuitur & male, Nec ora eſt in terris vlla tam miſera, quæ non etiā bonos ferat, nec vlla ſic beata, quæ careat malis. Dixi vidiſſe hic me, quę mariti morte nō mouerentur. Vidi etiam, quæ maritorum ſalutem vita

ſua libẽtiſſime redemiſſent. Non eſt quod ingenio loci im
putent ſua vitia. Frigidius in Getica cœlũ, at de illis Pom-
ponius Mela ſic refert. Ne fœminis quidem ſegnis eſt ani
mus, ſuper mortuorũ virorũ corpora interfici, ſimulq; ſe-
peliri votũ eximiũ habẽt. Et quia plures ſimul ſingulis nu
ptæ ſunt, cuius id ſit decus apud iudicaturos magno certa
mine affectant, moribus datur, eſtq; maximæ lætũ, quũ in
hoc contẽditur, vincere. Ad eundẽ modũ conſueſſe indi-
cas mulieres certare grauiſſimi autores tradidere. Apud
Germanos veteres, a quibus Belgæ prope vniuerſi origi
nẽ ducunt tantũ virgines nubunt, & cũ ſpe votoq; vxoris
ſemel tranſigitur. Sic vnũ accipiunt, quomodo vnum cor-
pus, vnãq; vitam, nec vlla cogitatio vltra, ne longior cupi
ditas, ne tanq̃ maritũ, ſed tanq̃ matrimonium ament. Vt in
telligas mutatos cum delitijs atq; opulentia mores, & di-
uitiarum ardorẽ iuſtos charitatis ardores extinxiſſe. Tota
lex Chriſti nihil aliud ſonat, q̃ charitatẽ, amorẽ, ardorẽ, ad
ignem terris immittendũ veni (dicit Dñs) & quid laboro
magis q̃ vt accendatur? Sed vbi Chriſto pauperi adiunxi-
mus diuitẽ diabolum, & ſobriæ pietati luxuriam ac temu-
lentiam, caſtæ ſeueritati impudicas delicias, Chriſtianiſmo
gentilitatem, deo Diabolũ, talẽ ſocietatẽ aſpernatus Chri
ſtus munera ſua abſtulit, Diaboli reliquit. At firmitas for-
ſan tanta eſt in animis earum, vt ipſæ ſe quamprimũ ſapien
tia conſolentur, & ictæ proſtrátæq; ſubito ſe erigant. Lau-
darem in viro, at in ſexu imbecilli ſuſpecta eſt, tam impor-
tuna ſapientia. Maximos & ſapientiſſimos viros doluiſſe
mortem leuiũ amicorum ſcimus, etiam vbertim illachry-
matos. Solon Athenienſium legũ lator, & vnus ex ſeptẽ
ſapiẽtibus, lachrymis & planctibus celebrari exequias ſu-
as iubet, vt indicarent amici, quanto ipſius deſyderio tene
rentur. Occiſa Romæ Lucretia, quũ Iunius Brutus, mor-
tis & pudicitiæ illius a regis filio leſæ, vltor reges Roma
exegiſſet, bellumq; ea de cauſa eſſet a regibus motũ, in pri

mo

mo eius conflictu Brutus occubuit. Hunc Matronæ vindicem pudicitiæ annum luxerunt, Si illæ alienũ virum, qui alienã pudicitiam vindicasset tantopere mortuum doluerunt, quãto æquius est te tuę pudicitiæ non modo vindicẽ sed tutorem, tui corporis propugnatorem, tuorum filiorum patrẽ, familiæ, domus, bonorũ omniũ columen, dñm defensorẽ? vis dicã? fleres si non illius morte discederes locupletior, q̃ intraras. Nũc pecuniæ letitia sensum oẽm doloris opprimit. Fleres mortuũ, si amasses viuentẽ. Nũc erẽptũ nõ doles, quod charũ non erat. Sũt quæ maritos ablatos gaudeant tanq̃ triste excusserint iugũ, & ceu nodo ac dñatu solutæ, nactæq; libertatẽ, prope exultẽt. Stultæ non est libera nauis q̃ rectore caret, sed deserta, nec liber est sine magistro puer, sed vagus sine ratiõe & lege, Sic mulier marito orbata vere est, qđ audit vidua, id est destituta & desolata, Tũ plane vẽtis temere agitatur, vt nauis gubernatore carẽs, & sine mẽte atq; cõsilio fertur, vt puer adẽpto pædagogo, dicet aliqua talis erat maritus, vt præstaret sine illo agere q̃ cũ illo. Nulla id vnq̃ proba dixit, nec mala tacuit. Si tibi tã charus fuisset vir q̃ leges connubiorũ a Deo ipso latæ iubẽt vt alterũ te esse reputares, nõ secus ęgre ferres illũ eripi, q̃ te. Male mulieri si maritus flagitiorũ omniũ licẽtiã non largitur, intolerabilis est. Sanctæ matronæ nullus est tã molestus cõiunx, quẽ mortuũ malit, quã viuentem. Sed hisce de rebus disputare quid attinet? satis superiore volumine abũdeq; declaratũ a nobis est, nec probæ dignã esse nomine, nec vxoris, quæ nõ toto pectore virum amat vt seipsa, O prouida natura seu potius acutissimus bonorũ morũ magister Deus, nulla virtus est, cuius non aliquã finxerit tam obseruatricẽ animantẽ, vt optimo iure contemptores arguat virtutis illius, Quam reprehendunt apiculæ, inertes homines? desides formiculæ? canum fidelitas, infideles hoĩes peiores se testatur esse. Colũbæ & oues vt fraudes & astutiã damnãt, Fides vero & charitas coniugij

palum

palumbiũ ac turturũ moribus ostendit,q̃ aues(vt Aristoteles prodidit)vno mare contentæ viuũt,nec alterũ recipiũt. Turtur vero compare amisso,nec liquidã bibit,nec in frondenti ramo sedet,nec alijs sui generis colludentibus ac lasciuientibus se admiscet. Hos castos amores,sanctosq́ꝫ significat Solomon,quũ sponsam ad se inuitãs. Vox inquit turturis audita est in terra nr̃a. Et sponsam ipsam mõ columbæ confert,mõ turturi. Verũ illæ mulieres nõ peccãt minus,q̃ modũ flætibus & luctui nesciũt ponere. Nã & recenti plaga immoderatis eiulatibus oĩa complẽt atq́ꝫ confundũt,capillos lacerãt,tundũt pectus,genas dilaniãt,caput ad parietẽ arietãt,humi sese applodũt,& luctũ q̃ longissime,ꝑtrahũt velut in Sicilia,Græcia,Asia,Romæ,vt etiã legibus duodecim tabularũ & Senatus decretis modus fuerit & moderatio luctibus adhibẽda. Idcirco his gentibus scribẽs Apostolus consolandos eos habuit,dicẽs. Nolo vos fratres ignorare de ijs,q dormierũt,ne contristemini vt cæteri,q spẽ nõ hñt. Si eñ credimus q̃ Iesus mortuus est,& reuixit,sic & deus illos q dormierũt ꝑ Iesum,ducet cũ eo. Vidua lugeat maritũ mortuũ,& quidẽ vero affectu,nõ vociferet̃,non se applosione manuũ,aut concussione membrorũ vel corporis affllictet. Sic doleat,vt meminerit modestiæ ac moderationis,vt ægritudinẽ nõ tã ipsa ostentet,quã alij facile intelligãt. Hinc vbi primus ille doloris assultus conquierit,incipiat de cõsolatione cogitare. Nolo afferre explicatas a Philosophis longis voluminibus consolandi rationes. Fœminã Christianã doceo,ex Christiana philosophia,ad quã reliqua oĩs humana sapientia mera stultitia est. Petendã medicinã censeo. Meminerimus dicti Apostoli,illos q ꝑ Iesum dormierũt,adducendos a Deo cũ ipso Iesu. Itaq́ꝫ bona spe debere nos esse. Cogitabit ergo prudẽs mulier hac lege natos mortales oẽs,hac lege viuere,vt naturæ tanq̃ creditori debitũ reddãt,quandocũq́ꝫ reposcat. Alios quidẽ paulo citius,alios paulo serius,sed tñ oẽs cõi teneri sorte,vt nascẽdi,

ita viuendi ac moriendi. Animas nostras immortales esse, hāc vitā esse pfectionē in aliā æternā & fœlicissimā, ijs qui sancte ac pie temporariā hāc transegerint. Quod facillimū prestat religio Christiana nō meritis nostris, sed bonitate illius, q nos a vinculis mortis morte sua exoluit, mortē ingressum ex nauigatione in portū. Qui moriunt̄, antecedere nos breui secuturos, solutosq; corporibus agitaturos in cœlis æuū, quo ad rursus corporibus eisdē, suo quisq;, nō tñ pressi ac grauati, vt nūc, sed induti tm̄ & leuiter amicti vita fruemur et beata et sempiterna. Hęc est germane & solide Christiana consolatio, quū nō diremptos amicos amici sup stites cogitabūt, sed pręmissos tantū in eū locū, vbi paucis diebus post lætissime congressuri sint, si mō dederint operā, vt q̄ illos pfectos & credūt, & sperāt, ipsi quoq; exercitamentis virtutū pueniāt. Hoc decet Christianos sacerdotes recentibus viduis inculcare, his consolationibus ægros animos refouere, nō qđ quidā faciūt in funebri cōuiuio pręb bere viduę, et iubere bono esse aīo, nō defuturū q illā ducat, se iam aīo maritū illi pspexisse. Sed q̄ possunt alia bñ madidi inter epulas & pocula eructare.

De funere mariti.

VT alia pmulta, sic & istud ex gentilitate in ecclesia remansit, celebrari funera magna pompa. Illi enī aīas intumulatorū corporū, graues apud inferos pferre pœnas supstitiosę credebāt, & pompa exequiarū gloriā et illi et posteris eius parari autumabāt. Sed nec inter eos defuere, q hæc vana crederēt. Virgi. Persona Anchisæ sapientissimi (vt videri vult) viri facilē sepulchri iacturā esse ait. Et Lucanus. Placido natura receptat

Cuncta sinu cœlo tegitur qui non habet vrnam.

Tū sapientiæ affectatores Diogenes, Theodorus, Seneca, Cicero, sed in primis Socrates magnis docebāt argumētis nō referre vbi cadauer putresceret. M. Aemylius Lepidus q princeps Senatus sextis iā censoribus erat lectus, anq̄ expiraret, pręcepit filijs, lecto se strato, sine lintheis, sine pur-

pura efferrēt, in reliquū funus ne plusq̄ æris denos consumerēt, gloria nobilitari maximorū virorū funera solere, nō sumptibus. Valerius Publicola, & Agrippa Menennius, alter regū expulsor et vindex libertatis, alter publicæ pacis interpres et sequester, tū alij excellentissimi plæriq; viri sepulturæ honorē adeo contempserūt, vt in imperio & maximis opibus versati, ne vnde quidē funeris choragiū conduci posset viuentes prospexerint, facturi haud dubie, si tantū ipsi credidissent esse in sepultura bonū, quantū populus. Venio ad nostros. Religionis Christianę martyres, nō putarunt sua interesse, vbi exanime iaceret corpus, modo animæ esset optime prospectum, Christū quū corporibus animas reddet, facile domi suæ, quā ipse exploratissimam cunctā habet, etiā tenuissimos corporū cineres inuenturū. Augustinus lib. de Ciuitate dei. Primo. oīa inquit, ista, idē, curatio funeris, conditio sepulturę, pōpa exequiarū, magis sunt viuorū solatia, q̄ subsidia mortuorū. Si em̄ aliqd ꝓdest impio sepultura preciosa, oberit pio vilis, aut nulla. At q lōge aliter videmus rē se habere. Neq; enim apparatus exequiarū cruciatū diuitis Asoti apud Euangeliū leniuit, nec ignominię Lazaro fuit humi abiectū esse illius cadauer. Ille in inferno male actæ vitæ pendit supplicia. Lazarus in sinu Abrahæ reficit, & mercedē accipit vitæ innocenter & pie traductæ. Neq; tn̄ hæc eo tendūt, vt sepulturæ tollant. Nam & sancti patres, Abrahā, Isaac, Iacob, Ioseph, de sepulturis suis morientes nonnulla mandarūt, & Tobias ab angelo dn̄i commendatur, ꝙ mortuos contumulauerit. Verū enimuero funebrem totum apparatum mortui vtilitatem spectare decet non viuentiū. Mortuo autē cū solo Deo res est, qui in defunctis vitæ superioris lætatur meritis, vt pura castaq; illorū qui viuunt mente. Non fastus illi gratus, aut opum ostentatio iucunda, sed sancta fides ac fiducia in ipsum. Tum charitas in genus humanū. Eleemosynam si dederis, accipies. Et misericordiā consequere misericors. Para &

ra & tibi & mortuis tuis amicos de iniquo mammona, vt in altera vita reperiatis, qui vos excipiãt in æterna tabernacula. Dñs in Euangelio propter opera charitatis vel exhibita paradisum reddit, vel negata, negat. Tũ de ratione eleemosinæ præcipit, ne fortunas tuas vicinis aut potentibus impartiaris, qui quũ opus sit, rependãt, & velut beneficiũ fœnereris. Cæterũ tenuibus & mendicis largire, qui referre gratiã pari munerũ genere nõ valeãt, ita demũ vberrimã a deo mercedẽ accepturus. Quanto igitur præstat vestire pauperes extraneos, q̃ diuites consanguineos? reficere esurientes prophanos, q̃ opulentos sacerdotes? Et quod in ceram, magnasq; sepulchrorũ & operosas moles impendit, tenuibus siue viduis, siue pupillis, & inopi hoĩm generi erogare? Quanto certius hinc fœnus, & vberius? In die fletus tui memineris eorũ, q necessitatibus pressi semp flent, illorũ lachrymæ tuis succedẽt, illorũ letitia te exhilarabit, illos reperiet mortuus tuus aduocatos patronosq;, æterno illi iudici gratiosissimos, q caussam suã agant, q capite periclitanti tã anxie adsint, q̃ in suo ipsorũ periculo. Satis apparet ex his q̃ dixi, quid de viduis illis sentiã, q̃ vt splendide maritos efferãt, creditores fraudãt, vel legatis nõ satisfaciũt, quũ hec oportuerit esse prima. Nihil hic necesse est differam, q̃ astringãt hoĩes debita. Tũ sanctitatẽ testamentorũ quanti conueniat momenti esse. Solidus duraturusq; funeris honor in hoĩm aĩs situs est, nõ in pompa iustorũ, nec tumulo, marmore vel ære, aut metallo preciosiore, substructo. Boni viri, quamuis humili sepulture, bñ precant oẽs. Magnifica malorũ Mausolæa execrant, hoc odiosius, si sciant inique parata pecunia, condita esse.

De memoria mariti.

Meminerit vidua, & hoc habeat sp añ oculos, aĩas nostras nõ vna cũ corporibus iterire, sed exui corporis sarcina, et exolui vinculis istis corporeę molis, mortẽq; discessum esse ac dissociationẽ corporis, animiq;. Aĩas vero nõ ita in aliã migrare vitã, vt rebus nostris oĩbus peni-

tus renūcient, Auditæ sunt plærūq; a viuentibus, & multa de nostris actibus euētisq; cognoscūt, interpretibus angelis, qui inter nos & illas crebro cōmeant. Quocirca decet piā viduā existimare, non sibi prorsum maritū perijsse, sed tū vita animi, q̄ vera & expressa vita est, tum etiā sua de illo cogitatione viuere. Viuūt enim apud nos vel absentes amici, vel corporibus liberi, si viua illorū imago pectoribus nostris impressa assiduis nostris cogitationibus, quottidie renouetur, recensq; semper viuat in nobis & vigeat. Interierūt omnino si læthο, hoc est obliuioni sint traditi, Valeriā Messalinā Sulpitij coniugē rogabāt fratres post mariti mortē, quū & ætate esset adhuc integra, & valido corpore & forma elegāti, nubere iterū an vellet: Minime vero, inquit illa, Nā Sulpitius mihi semper viuet. Hoc gentilis & de immortalitate animorū incerta. Quid Christiana? Ergo memoriā mariti, nō velut mortui, sed absentis colet vidua, maiore veneratiōe ac pietate q̄ fletu. Magnū illi iusiurandū erit per cōiugis manes. Sic agat, sic viuat quo modo marito iā nō viro, sed spiritui cuidā simplici puroq;, & tāq̄ numini placiturū non ignorat. Illū sibi obseruatorē & custodē apponat, nō actionū modo, sed consciētiæ quoq; suę Sic familiā tractet, sic administret domū, sic educet liberos vt gaudeat cōiunx, & bene secū actū sentiat, q; talē post se reliquerit vxorē. Ne ita se gerat, vt de flagitiosa & scelesta fœmina irati manes pœnas sumāt. Cyrus maior moriēs apud Xenophontē filijs mādat, vt ob immortalitatē animi sui, cultūq;, & reuerentiā deorū immortaliū, memoriā sui pie inuiolatæq; seruarēt. Sit vero finis aliquis lachrymarū, & fletus, ne sic nos videamur lugere mortuos nostros, vt extinctos prorsus, sed tanq̄ absentes.

De continentia & honestate viduæ.

IN dandis viduæ vitæ præceptis, vnde melius exordiar, q̄ a Pauli dictis, illius inq̄ Pauli, qui se oīa factū oībus scribit, vt oēs Christo lucrifaceret & in laudibus suis solicitudi

nem

nē ponit oīm ecclesiarū. Is ergo ad Corinthios scribēs, coe libes ait curare quæ sunt Dñi, quēadmodū illi placeāt. Con iuges vero q̄ sūt mūdi, quēadmodū satis cōiugi faciāt. Itaq; maritatā cōuenit totā de mariti arbitrio pēdere. Solutā vero marito, ad cōiugē se sāctarū oīm fœiarū vertere Christū Iesum. Iam ergo abeat ornatus ille & cultus corporis, qui quū maritus viueret poterat illius oculis datus videri. nūc marito mortuo, totus apparatus, tota vita ad illius volūtatē attēperāda est, qui marito successit, mortali immortalis, homini Deus. Hinc sola comēda & excolēda mēs est, quā sibi vnicā despondet Christus, in qua acquiescit & deliciatur. At cōponunt se nupturæ. Quę de virginibus diximus huic cōgruunt loco, & multo minus decet ornari viduā, q̄ nō modo ipsa q̄rere cōditionē nō debet, sed ne oblatā q̄dē vel arripere, vel accipere, inuita & reluctās trahit̄ ad alteras nuptias proba mulier. Adde q̄ in virgine cultus toleratur, in vidua fastiditur. Quis enim nō auersetur, quæ post primū virū profiteatur se alterū expetere, & abiecto sponso Christo, nubit diabolo, deinde homini, simul vidua & cōiugata & adultera? Quāto facilius meliusq; conditionē illę reperiunt, quæ viduitatē habitu corporis, cultu & moribus exprimunt. Capiuntur enim etiā flagitiosi honestate, & ex ijs, quæ vident, coniecturā faciunt, si illas ducerēt, & contingeret sibi prioribus fato fungi cuiusmodi essent viduas relicturi. Nullus est maritus, qui non suā mortem ab vxore doleri velit, & se desyderari. Sed quū de coniugatis illa, tū philosophorū dicta, tū Apostolorū præcepta habeamus. Quid ipsos de viduis sentire par ē? de quibus Paulus ad Timotheū scribit, vere vidua & desolata sperauit in deo, & insistit precibus noctes & dies. Quæ vero delitiatur, viuens mortua est. Hæc præcipe, vt irreprehensibiles sint. viuere creduntur ijs, qui & ambulare illas & edere & bibere, & loqui & cæteris vitæ muneribus fungi extrinsecus cernunt, si quis tamen immittere in penitissima viscera obtu-

tum posset, seu potius in arcana pectoris & mẽtis, videret peccatricẽ animã remotã a Deo vita sua extinctam iacere. Hoc Paulus, hoc Ambrosius, hoc Hieronymus, hoc Augustinus, hoc sancti oẽs, vna eadeꝗ sentẽtia clamãt, lachrymas, luctũ, solitudinẽ, ieiunia ornamẽta esse sanctæ viduæ. Porro quæ conuiuia, quos lusus frequẽtatura vidua esset quas choræas, Paulus ipse satis indicauit, quũ insistere illã iussit orationibus die ac nocte. Sic oportet sublato iã mortali marito cũ immortali versari ociosius & liberius, confabulari crebrius & suauius, apertius eloquar: oportet viduam tũ attentius orare, tũ frequẽtius, ieiunare lõgius, sacrificio sacrisꝗ concionibus multã adesse, legere studiosius, & se in cõtemplationẽ efferre corũ, quæ vitã moresꝗ meliores reddant, Anna Phanuelis filia de tribu Aser, quę annos septẽ a virginitate sua cum viro marito exegerat, post octoginta quattuor viduitatis annos, a Christo dño in tẽplo reperta est, vnde non discedebat, ieiunijs & precibus diebus atꝗ noctibus intẽta. Plures & maiores in vidua, q̃ in coniugata virtutes exigimus. Hæc enim accõmodare se mortalis viri arbitrio debet, cui nupta viuit. Illa vero immortalẽ accepit cõiugem Christũ, vnde fas est, vt præstantiora iam sint oĩa, & tanto marito cõgruentia. Verba pudicitiora sint & modestiora, Siquidẽ speculũ solet esse oratio animi & morũ vniuscuiusꝗ. Vetus est verbũ, Qualis vita talis oratio. Nocent etiã cogitationibus spurca verba.

Corrumpunt mores bonos collocutiones male,

vt ex Menãdro Paulus Apostolus ait, Non modo viduæ verba eiusmodi velim esse, quæ incorrupte casteꝗ, quę sit opus enũcient, sed quæ vel mores audientiũ instituãt eruditione, emendẽt exẽplo, quatenus est quoddã orationis genus ab hoĩe profectũ, qui magnã prudentiã magnæ probitati adiũxit, quod quũ ad expromendos tantũ animi cõceptus tendere videatur, obiter tamen eruditionẽ instillat & virtutẽ. Neꝗ vero ꝙ viduata cõiuge humani matrimo

nij legi

nij legibus soluta est, ideo nihil sibi credat nō licere. Sæpe numero ostendunt viduæ, quales in cōiugio fuerint, & retegunt licētia viduitatis, quod cœlabāt mariti metu, vt auiculæ caueis liberatæ ad ingeniū ilico redeunt. Sic multę vitia vtcūq; in cōiugio dissimulata impetu effundūt, adēpto viri obice, quo cohibebātur. Tū demū intelligitur, qualis sit vel natura vel moribus fœmina, quū tantū licere potest, quantū libet, & sicut Hieronymus inquit, illa vere pudica dicenda est, cui licuit peccare, si voluit. Nūc oportet circū spectius agere fœminā, quādo vitia oīa ipsi imputātur, vt virtutū laus penes eā solā manet. Quippe maritus dū viueret, vtrorū q; magnā partē in se trahebat. In viduitate Christus maritus facile aderit, volēti sancte viuere, illiq; acceptū referēdum est, si quid boni agimus. Nobis vero si secus & queadmodū in proba vxore delitiæ oēs sitæ sunt viro, sic credi vix possit, vt chara, vt iucūda est Christo, quę vere viduā præstat, hoc est, cui in hac vita desolatæ, tota spes ac fiducia, deliciæ cūctæ & voluptates in Christo. Huiusmodi præcipit Paulus etiā ab episcopis in pretio haberi. Multa enim per earū preces impetrātur ecclesiæ a Christo. Talis meruit inter primas cernere in tēplo Christū, & de illo ijs, qui aderāt vaticinari. Talis & laudatur testimonio Dei & cōmendatur nobis iussis illius, in psalmo cētesimo tricesimo Dn̄s ait. Viduā eius benedicēs benedicā. & per Ezaiam. Iudicate pupillum, & iustificate viduā. Rursus in alio psalmo de Christo dn̄o. Pupillū & viduam suscipiet. Et in Exodo. Viduæ & pupillo nō nocebitis, si læseritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorē eorū, & indignabitur furor meus, percutiamq; vos gladio, & erūt vxores vestræ viduæ, & filij vestri pupilli.

Quomodo agendum domi.

ET si frequentē in tēplo, assiduā in orationibus voluerūt sancti esse viduā, humanarū tn̄ rerū curę nō substraxerūt. Ap̄ls Paulus de viduis loquēs ad Timotheū. Si qua

vidua filios aut nepotes habet, discāt primū propriā domū pie tractare, & vicē reddere, ꝓgenitoribus. Hęc doceat vidua. Hęc discāt filij. Hęc nepotes, modeste se gerere, & pie parentibus obsequi. Plerūq; id videmus euenire, vt sub vidua educati minus ijs, quibus oportet, pareāt, corrupti nimia viduę indulgentia, ita vt in ꝓuerbiū apud aliquas gentes, et potissimū nostrā, abierit, viduę alumnus, de male educatis iuuenibus, de pręferocibus et ꝑditis. Consulerē fœīæ viduę, vt curā educationis liberorū, ꝓbo alicui et graui mādaret viro. Nā ipsa amore cæca nimiū se putat seuere tractare filios, etiā qn̄ maxime indulget. Nō quin fuerit sapientissimę aliquot viduę, q̄ filios prudentissime et optime educarint, velut Cornelia, q̄ Gracchos, et Veturia, q̄ Martiū Coriolanū, vt hic qcqd pręclare gereret ī republica, siue domi siue foris, hoc stimulo pungeret atq; excitaret, vt se mr̄i atq; educatrici suę approbaret. Quēadmodū instituendi sunt liberi, dixi volumine superiore. Illinc petat vidua, q̄ ad curā hāc facere existimet. De familia idē Apostolus inquit. Si qua vidua suis et maxime familiaribus nō ꝓspicit, fidē abnegauit, et est infideli peior. Cæterū ne ipsa, presertim si sit adhuc ætate nō mala, admiscēdā se habeat turbę famulorū, audiat quid. D. Hieronymus Saluinæ suadeat. Tenera inquit res in fœminis fama pudicitię est, et quasi flos pulcherrimus, cito ad leuē marcescit aurā, leuiq; flatu corrumpitur. maxime vbi et ętas cōsentit ad vitiū, et maritalis deest autoritas, cuius vmbra tutamē vxoris est. Quid facit vidua inter familię multitudinē, inter ministrorū greges, quos nolo contemnat, vt famulos, sed vt viros erubescat. Certe si ambitiosa domus hęc officia flagitat, pręficiat his senē honestis moribus, cuius honor dn̄æ dignitas sit. Scio multas clausis ad publicū foribus non caruisse infamia seruulorū, quos suspectos faciebat aut cultus immoderatus, aut crassi corporis nitor, aut ætas apta libidini, aut ex cōscientia amoris occulti securus aī tumor, q etiā bn̄ dissimulatus frequen

tet

ter erumpit in publicũ, & conseruos quasi seruos despicit, hæc sunt Hieronymi verba. Quibus hoc addo, vt & famulitiũ minuat vidua, virorũ præsertim, & sibi grandiorẽ natu fœminã adiungat, probã, prudentẽq́;, sub qua viuat, quã de rebus mulierũ consulat, si ipsa grauis annis iam sit. Senem asciscat consanguineũ vel affinẽ, cui fidat. Deniq; consilio semp vtat̃ viri, quẽ sciat prudentia valere, & rebus suis bñ cupere, & pspecta esse fide. Prisci Romani fœminas in virorũ potestate semp voluerũt esse, tũ patrũ, tũ maritorũ, tũ fratrũ, tũ propinquorũ. Habitabit libentius cũ socru aut affinibus, q̃ cũ mr̃e aut propinquis, simul propter mariti memoriã, cui datũ videri potest, q; plus illius gentẽ & sanguinẽ diligit q̃ suũ, simul q; in eã familiã translata est, cui liberos vel peperit vel certe erat paritura. Ad hæc seuerior q̃ inter consanguineos credit̃ esse inter affines pudicitiæ disciplina, vbi charitas putat̃ minor, & hinc indulgentia prope nulla, & compressior licentia. Sed sancta mulier nõ adeo his mouebitur, q̃ q̃ his quoq; vt mariti memoria ac pietate. Sic Antonia minor Octauiæ, & M. Antonij Triumuiri filia, Drusi vxor cũ socru Liuia consenuit. Sic Ruth patriã & domũ socrui Noemi posthabuit, nisi apud socrũ aut affines sint lasciui aliqui & petulantes iuuenes, q existimationi maculã castitati periculum afferre possint, vel affines ipse mulieres haud prorsus honeste audiãt, tũc eñi ad consanguineos migrare consultius erit.

Quomodo foris.

PRodeundũ erit qñq; domo, id faciant contectæ & re ipsa ostendentes, qđ nõie preferũt, vidua eñi et græce & latine, quasi desolata & deserta dicit̃. Multũ ergo inter solã & comitatã viro intererit, sin tantã et morũ seueritatẽ, & cultus in vxore postulauimus, quid futurũ in viduis putat̃? Exemplũ oportet illas esse continentiæ, frugalitatis, pudicitiæ. Si exemplũ, q cõueniet illas comptas instructasq; diaboli armis prodire, vt quũ vanitatẽ animi sui proferãt tũ laqueũ Sathanæ tendant, pro exemplo Christi. Optime

& i sanctus

ſectis Ambroſius, lugubri habitu, & ſeuera ac triſti fronte premi petulãtes oculos, reſtingui libidines. Tutiſſimũ erit rarius in publicũ exire, idq; graui aliqua et proba fœĩa ſociatã, recta via, ꝙ intendas. Templa ne quæras, vbi frequentia & celebritates virorũ, ſed vbi ſolitudo, in qua peccandi licentia ſit nulla, orandi aũt copia, et occaſio ampliſſima. Cũ ſacerdotibus ac monachis, quid opus eſt multũ verſeĩ? aſtutus eſt diabolus, et magno vſu didicit, qua quiſq; ſubuerti poſſet arte, facile quod cupit, efficit nactus occaſionẽ, quoniã aliud non habet, in quod incumbat. Si quem conſulere vult vidua, deligat ſenem aliquẽ, cui libido iam emortua ſit, nec tamẽ alia vitia renata, non attentũ ad rem, nec qui aſſentari in animũ inducat pecuniæ ſpe, ſolida & ſobria eruditione, quiq; tum ingenio, tum experimentis prudentiã collegerit, ne aut mentẽ fœminæ pluſꝗ opus eſt, conſtrĩgat, nec fræna licentię remittat, nihilq; vel antiquius habeat, vel charius ꝗ verũ piumq;, ad hunc referat vidua, ſi quid dubitat, cæteros ignoret. Hieronymus Euſtochio ſic conſulit. Si quid ignoras, ſi quid de ſcripturis dubites, interroga eum quẽ vita commendat, excuſat ætas, fama nõ reprobat, qui poſſit dicere. Deſponſaui enim vos vni viro, virginem caſtam exhibere Chriſto. Aut ſi nõ eſt, qui poſſit exponere, melius eſt aliquid neſcire ſecure, ꝗ cum periculo diſcere. In foro, in conſeſſu virorũ, in turba nihil eſſe debet viduæ, in quibus locis magñũ eſt periculũ, ijs rebus, quæ viduæ commendatiſſimæ ſunt, pudori, pudicitiæ, exiſtimationi, & ſanctitati. Decet viduã ita agere vt nõ modo ſibi conſulat, ſed etiã alijs. In publico ſub oculis virorũ multis contrectantibus paulatim effricatur frons. Nutat cũ verecundia pudicitia. Adducitur vtraq; in diſcrimen, & ſi expugnata non eſt, certe oppugnata dicitur. Et de expugnatione loquitur quiſq; non quod verum eſt, ſed quod libet. Iam curæ mundi huius illum ardorẽ cœleſtiũ rerũ frigefaciunt. Et quod dñs in Euangelio ſuo teſtatur, inter ſentes decidit ſemen, quod

quod præsentis vitæ curis solicitudinibusq; suffocatur, nec sinitur in optimam frugem excrescere, ac vt mare, in quod venti incubuere, etiam sedatis ventis & transacta tempestate, agitatur. sic humanus animus solutus pridem negotio sæculi huius, illud adhuc animo & cogitatione voluit, & post laborem anhelat, nec concitatus ad tranquillitatem suam continuo redit. At commoto animo cuiusmodi futuræ sint præces? vides, anxiæ, turbatæ, cœnum mundi istius spirantes, vt flumine aut fonte commoto, nō licet aquā nisi lutulentam haurire. Quies animi est, quæ nos altissime ad diuina colloquia extollit, vt Magdalenam illam, quæ nuncio rebus humanis misso, sedebat iuxta Domini pedes, verbis illius intenta. Idcirco CHRISTI elogio commendatur, ꝙ optimam elegerit partem, quæ non ab ipsa auferretur. At dicet aliqua, periclitatur patrimonium, intenditur mihi lis. De illo audi Ambrosium. Ne dixeris sola ego sum, castitas solitudinem quærit, pudica secretum, impudica conuentum. Sed negocium habes, & intercessorem aduersarij vereris. Apud iudicem pro te Dominus interuenit dicens. Iudicate pupillo, & iustificate viduam. Sed patrimonium vis tueri. Maius pudoris est patrimonium, quod melius regit vidua quā nupta. Seruus peccauit, ignosce, melius est enī alterius culpā feras, quā tuā prodas. Sic ille. Nos etiā ignara vti ne sis volumus cōmendatissimā esse iudicibus causam illius, q vel infirmos patronos habet vl nullos. Tūc eē̄m in vicē patronorū succedūt iudices, quū contra patrocinijs et aduocatis munitiss. iudices plerūq; aduersent, quod naturaliter, vt nimias opes odimus, sic exiguas tenuesq; adiuuamus, vt efferentes se deijcere atq; deprimere conamur, demissos extollere. Quin & natura iudicijs humanis ita comparatū est, sicut prudēs vir inquit, vt in oī certamine, q potentior est, etiā si iniuriā accipit, tñ ꝙ plus potest, facere videaī. Idē de patronis putato me locutū, qd de iudicibus. Quis oībus probatior erit, illius viduę causa,

quã viderint pudore impediri ac cohiberi, ne ipsa probet, cõmendatior eius, q̃ minus cõmendarit. Verisimilior illius, quã sanctitati deditã, nõ credũt facile vel retẽturã quod suũ nõ sit, vel repetiturã. Ita sancta fœĩa nõ litigatoris argumenta in forũ affert, sed autoritatẽ testimonij & magni prę iudicij grauitatẽ. Illa vero loquax & frequẽs & pinde importuna necesse est obtundat & odio sit, & sibi q̃ diximus patrocinia, detrahat. Et hęc quidẽ vel de bonis iudicibus, aduocatisq; locutus sum, vl' quos ipsa malos esse nescit. Nã sunt quidã tã procaces & neq̃, vt patrocinia & iudicia libidine vendãt, in quos publicę disciplinę seueritas profecto animaduerteret, nisi verissimũ esset, quod Sapiẽs ille dixit. leges aranearũ telis esse simillimas, q̃ minuta animalcula irretiũt, maioribus cædũt. Cæterũ hos si tales esse nõ ignorarit proba vidua, ilico enim fama retegũtur, nõ modo cũ certissimo fortunarũ dãno vitabit & fugiet, sed cũ præsentissimo vitæ discrimine. Idẽ putet me de quibusuis lasciuis libidinosisq; dixisse. Porro de circũcussatione, et de ædibus alienis Pauli præceptũ est, velut inhonoras esse viduas illas reijciendas, quæ ociosæ domos circũeunt, nec ociosæ tantũ sunt, verũ & garrulæ & curiose loquentes, quę nõ oportet. Sunt enim quæ iã vt sibi vidẽtur, domesticis suis negotijs defunctæ alienis impudẽter se ingerunt, & velut sapiẽtes suadent, adhortãtur, præcipiunt, reprehendũt, cauillantur, foris mire oculatæ, domi cecæ.

De secundis nuptijs.

SEcundas nuptias reijci in totũ ac reprobari hæreticorũ est. Melius tñ esse continere q̃ iterũ nubere, nõ modo consiliũ est Christianæ puritatis, hoc est diuinæ sapiẽtię sed gentilis quoq;, id est humanæ. Germanas fœminas vt recensui, tantũ virgines nupsisse scribit Cornelius Tacitus & quũ aliæ maritis in prima iuuẽta orbatę, iterũ vxores fieri noluerunt, tũ insignes maxime, Valeria Messalarũ soror & Portia minor Catonis filia, apud quã etiã quũ fœmina lauda-

laudaretur, optimis prædita moribus, quæ secundũ habe-
ret maritũ, Portia respõdit, fœlicẽ & pudicã matronã nũq̃
præterq̃ semel nubere. Cornelia Gracchorũ mater Ptolo-
mæi Aegyptij regis nuptias, ad quas post Gracchi mortẽ
promissis allicebatur, recusauit, maluitq; Cornelia Grac-
chi esse, q̃ Aegypti regina in scena & theatris secunda ma
trimonia exagitantur, etiã mimorũ carminibus. Habẽt in-
quit maledicti locũ crebrę nuptiæ, & mulier quę multis nu
bit, multis nõ placet. Afferũtur nõnullæ a viduis causæ, cur
nubere se velle dicant, de quibus in hunc modũ Hierony-
mus ad Furiam scribit. Solent adolescentulæ viduæ, quarũ
nõnullæ abierũt retro post Sathanã quũ luxuriatæ fuerint
in Christo nubẽtes, dicere. Patrimoniolũ meum quottidie
perit, maiorũ hæreditas dissipatur, seruus cõtumeliose lo-
quutus est, imperiũ ancilla neglexit, quis procedet ad pub
licũ? quis respõdebit pro agrorũ tributis? Paruulos meos
quis erudiet? & neruulas quis educabit? & hanc proh ne-
fas caussam opponunt matrimonij, quæ vel sola debuit nu
ptias impedire, superducit mater filijs non nutritiũ sed ho
stẽ, non parentẽ sed tyrãnũ, inflãmata libidine obliuiscitur
vteri sui, & inter paruulos suas miserias nescientes, lugens
dudũ, noua nupta cõponitur. Quid obtẽdis patrimoniũ?
quid superbiã seruulorũ? cõfitere turpitudinẽ. Nulla idcir
co maritũ ducit, vt cũ marito nõ dormiat, aut si certe libido
nõ stimulat. Quæ tanta insania est in morẽ scortorũ prosti
tuere castitatẽ, vt augeantur diuitiæ? Et propter rẽ vilem,
atq; peiturã, pudicitia, quæ & preciosa & æterna est pollu
atur. Si habes liberos, nuptias quid requiris? Si non habes
quare expertã nõ metuis sterilitatẽ, & rẽ incertã certo præ-
fers pudori? Scribũtur tibi nunc sponsales tabulæ, vt post
paululũ testamentũ facere cõpellaris. Simulabitur mariti
infirmitas, & quod te moriturã facere volet, ipse victurus
faciet, aut si euenerit, vt ex secũdo marito habeas filios, do
mestica oritur pugna, intestinũ pręliũ. Nõ licebit tibi ama

 re libe

re liberos, nec æquis aspicere oculis quos genuisti. Clã porriges cibos, inuidebit mortuo, & nisi oderis filios, adhuc eorũ amare videberis patrem. Quod si de priore vxore sobolẽ habens, domũ te introduxerit etiam si clementissima fueris, oẽs Comœdi, & Mimographi, & cõmunes Rhetorum loci in nouercã sæuissimã declamabunt. Si priuignus languerit & condoluerit caput, infamaberis vt Venefica, si non dederis cibos crudelis, si dederis malefica, diceris. Oro te qd habent tantũ boni secundæ nuptiæ, vt hæc mala valeant cõpensare? Tantũ Hieronymus. Sed de cõtinẽtiæ laudibus, & dissuasione secundarũ nuptiarũ, quid ipse post Hieronymi torrentẽ, & Ambrosij dulcem ambrosiã queam dicere? Ex illis petat, qui desyderat. Nobis illa in hunc locũ afferenda non sunt, qui nõ adhortationes ad aliquod vitæ institutũ scribimus, sed pręcepta de illo quodcũ ꝗ fuerit. Q̃ ꝗ̃ in hoc autor essem castæ fœminæ, vt in sancta viduitate perseueret, maxime si filios habet, qui videtur coniugij finis & fructus. Quod si in hoc degendæ ætatis genere nõ confidit, se libidinis stimulos superaturam, audiendus erit Apostolus Paulus ad Corinthios. Dico in coniugatis & viduis. Bonũ illis est si manserint quẽadmodũ & ego. Sin vero non continent, cõiugio iũgantur. Præstat enim matrimoniũ contrahere q̃ vri, & ad Timotheum. Iuniores viduas reijce. Postq̃ enim licẽtiose abusæ fuerint Christo nubere volunt, habentes iudiciũ, ꝙ primã fidẽ reiecerint, simul & ociosæ discunt domos circũire, nec ociosæ tantũ, sed & nugaces & curiosæ, loquẽtes quæ nõ oportet. Volo igitur iuniores nubere, filios gignere, domesticam rem administrare, nullam occasionẽ maledicti præbere aduersario. Sunt enim quædã, quæ iam conuersæ secutæ sunt Satanam. Videant tamen ne ilico a mariti funere, aut post paulum. Id signũ est viuentes non amasse, de quorũ morte acceptũ dolorẽ, luctum, desyderiũ, tam breuiter deponunt. Et si quid de domo aut filijs prouidendum est, cu

rent ante strepitũ nuptialem, & ante dominiũ alterius mariti. Viros quoq; eiusmodi quærant, quibus congruũ sit viduas copulari, non iuuenes, lasciuos, ardentes, ludibũdos, imprudentes, indulgentes, qui nec se, nec vxorem, nec domũ sciant regere, sed virũ mediã ætatẽ prætergressum, sobrium, seuerũ, reuerendũ, magno vsu rerũ, cordatum, qui totam domũ prudentia sua in officio contineat, qui sapientia sua sic omnia temperet & moderetur, vt hilaritas quædam domi sit sobria, & pareatur sine contumacia, & in opere familia sit sine molestia, & pura sint omnia atq; integra, quoniam illi hæc scient placere, cui se vni probari omnes pluris facient, quam toti ciuitati.

IOANNIS LODOVICI VIVIS
Valentini librorum de institutione
fœminæ Christianæ,

F
I N I
S

Antuerpiæ apud Michaelem Hillenium Hoochstratanum. In intersignio Rapi excusum.
Anno. M.D.XXIIII.

1969